MISCELLANEORUM HISTORICORUM REGNI BOHEMIÆ DECAS II.

LIBER I.

QVI EST

PROŒMIALIS

AD

STEMMATOGRAPHIAM BOHEMIÆ,

IN QVO SCILICET GENERATIM

DE PROBITATE, AUTHORITATE, & DIGNITATE

NOBILITATIS BOHEMICÆ

TRACTATUR:

AUTHORE
BOHUSLAO BALBINO SOC: JESU.

CUM SUPERIORUM APPROBATIONE.

VETERO-PRAGÆ:
Typis Georgij Labaun, ANNO CIƆ IƆC LXXXVII.

(✠)

- - - *Nobilitas cunctis exordia pandit*
Laudibus, atq; omnes redeunt in semina causæ.
Claudianus de Laud. Serenæ.



Igneus est (Stellis) vigor, & cœlestis origo.
Virgil.

(✠)

ILLUSTRISSIMO & EXCELLENTISSIMO
DOMINO DOMINO

ADOLPHO WRATISLAO

S. R. I. COMITI
DE

STERNBERG,

DOMINO IN ZASMUK, MALOTITZ, HOSTICZ, PUTSCHAR, & PODAUS,

AUREI VELLERIS EQUITI,

SAC: CÆS: REGIÆQUE MAJEST:
INTIMO

CONSILIARIO, CAMERARIO,

PRIMARIO

LOCUMTENENTI,

ET SUPREMO IN REGNO BOHEMIÆ

BURGRAVIO,

DOMINO MEO PRÆCIPUA VENERATIONE COLENDO.

STemmatographiam Bohemiæ, seu Libros de Antiquitate Nobilitatis Bohemicæ, déque ejus apud exteras etiam Gentes Authoritate, Gloriâ, & Rebus gestis, (quos Libros triginta annis elaboravi) jam tandem in lucem proferre incipio. Primum Librũ de Nobilitate, cui aptiùs dedicabo (si gratiosè permittis) quàm Tibi Excellentissime Comes? magnum certè rusticitatis cujusdam in me

crimen

crimen admitterem, ſi eum præterirem, quem hoc tempore Patriæ Nobilitatis, ob Magiſtratus Regni & perſonam Regis quam ſuſtines & repræſentas, Principem, & altitudine ſanguinis, Antiquitate generis, & Majorum Tuorum geſtis, omnibus ſuperiorem vel parem, gratiâ Cæſaris, Titulis, Authoritate in Regno florentem ſuſpicimus; ut jam nihil ex hoc labore meo, quem Tibi dedico, Tuæ gloriæ adijcere poſſim, ſed Liber meus potiùs à Te Authoritatem, & quoſdam radios excellentiæ excipiat & mutuetur. Tuam igitur Illuſtriſſimam Excellentiam venerans humillimè (quod per morbum Apoplecticum facere coràm non poſſum) abſens, per hanc Epiſtolam paucis lineis conſtantem facio, petóque mihi facultatem fieri, ut Tuæ bonæ ſtellæ lætiſſimis auſpicijs primum de Nobilitate Bohemiæ libellum ſub Tuo nomine cœleſti Typis edere & evulgare liceat, ut honorem quem Tibi, Tuóque nomini & raris dotibus, jam à quadraginta & pluribus annis habui, & tanquam Principi juventutis à tot annis in Academiæ Carolo-Ferdinandeæ ſpatijs detuli, nunc in apice & culmine Honorum ſtanti, hoc levi munere laboris mei conteſter. Deus Te bono Religionis, Patriæ, Magni Cæſaris, Regnorum ac bonorum omnium Votis, quàm diutiſſimè conſervet incolumem.

Pragæ ex Collegio ad S. Clementem XI. Decembris 1686.

Ità vovebam

Tuus

ILLUSTRISSIME
ET
EXCELLENTISSIME
COMES

Servus perpetuus, nunc ſenio
& morbis inutilis.

BOHUSLAUS BALBINUS
Societ: JESU.

MISCELLANEORUM HISTORICORUM REGNI BOHEMIÆ DECAS II. LIBER I.

QVI EST

PROŒMIALIS

AD

STEMMATOGRAPHIAM BOHEMIÆ.

IN QVO

GENERATIM DE NOBILITATE REGNI BOHEMIÆ, ET PROVINCIARUM REGNO HUIC INSERTARUM DISSERITUR.

CAPUT. J.

NOBILITAS COMMENDATIONEM SAPIENTUM MERETUR, & NON PARVUM CONTINET LAUDIS & GLORIÆ ARGUMENTUM, ADVERSUS NOBILITATIS OBTRECTATORES.

SÆpe ſubit mirari, omnibus ætatibus tot fuiſſe, & etiamnum eſſe tam ſtoicè faſtidioſos & μισανθρώπους Græcè, qui generis & ſangvinis Nobilitatem contemnant, & infra alia hominum bona collocent, cúmque ipſos illuſtri loco natos, honore maximo & debito proſequantur, & omni obſequio, & honoris ſignificatione quodammodo adorent, Nobile Genus, unde ille cultus ducitur, irrideant & nullo honore & cultu dignum exiſtiment, aliíſque idem perſvadere nitantur. Nobilitas, (Nobilitatis accuſatio & defenſio.)

bilitas, inquiunt, *alienum bonum eſt non proprium; omnis generis claritas in ſangvine conſiſtit, qui melior & Nobilior non eſt, niſi in eo, qui ſanior eſt; non poteſt parta Illuſtribus factis Nobilitas in filium traduci; Heroum Filij noxæ,* ùt veteri & veriſſimo proverbio jactatur, *non minùs quàm Doctorum;* etiamſi virtutem adjunctam haberet Nobilitas, hæreditate tamen virtus non acquiritur. His ferè maledictis inceſſunt Nobilitatem homines de trivio, addúntque: *Sæpe hoc tantùm adferre Natales Illuſtres, ut impunè opprimantur pauperes, ut omnis generis vitia inducantur in mores, & qui ſic geniti ſunt per ſummam licentiam vivere permittantur quaſi divinis & humanis legibus nihil debentes,*

Gravis & iniqua univerſæ Nobilitatis accuſatio! ab ijs profecta, qui (quod ſæpius damnat *Philoſophus*) *pauca reſpicientes multa concludunt,* & vaniſſimè ex unius alicujus in Republica vitio totam contemnunt Rempublicam, nõ ſecùs ac ſi quis ex licentia militari, & ſceleribus militum, Militiam ipſam, quæ Nobilitati cognata eſt, nihil prodeſſe, & noxiam pronunciet. Has accuſationes pridem diluimus in *Originibus Malovecianis,* ut repetere ſupervacaneum ſit, præſertim ſi quis *Andream Tiraquellum V. C. in doctiſſimis de Nobilitate Commentarijs & R. P. Nicolaum Cauſinum Societatis Noſtræ de Aula ſancta* ſcribentem, vel ſemel inſpicere velit. Fateor Nobilitatem Virtutem non eſſe, quod ipſi ſtultiſſimè nemine affirmante oppugnant, ſed eſſe ex illis bonis, quæ ad virtutem ducunt, & ad virtutem inflammant; eſſe gloriæ ſemen, quod continenter generoſos animos ad heroica facinora aggredienda exſtimulet; eum ſtimulum in ſangvine ſolo non reſidere, ſed animis nobilium quodammodo inuri: non enim exiſtimandum eſt corpora ſolùm filiorum ad ſimilitudinem Parentum conformari, ſed longè magìs animos, adeò ut non dubitem, ſi oculi noſtri corporei animum intueri poſſent, multam Parentum ſimilitudinem in animis filiorum impreſſam agnituros. Neque illud verum eſt: Nobilitatem Virtutem non eſſe, cùm Patrum virtutes includat, & genita ex virtute, naturaliter ad paria Majoribus ſuis præſtanda Poſteritatem inclinet; Ingenioſè *Cauſinus,* quem *Aularum Magiſtrum* appellare poſſis. *magnorum,* inquit, *pleriq; omnes ſublimi & excelſo naſcuntur animo, & velut Lacedæmoniorum Regia ſtirps è Matrum utero prodibat cum lancea in pelle expreſſa, perinde Nobiles naſcentes magnanimitatem ſecum adferunt, & Natalium ſuorum inſignia.* Quodſi nonnulli Nobilium, nullis exemplis Majorum ſuorum ad gloriam incitentur, & genus ſuum ſceleribus, audaciâ, & licentiâ rerum omnium approbare velint, eos ego Nobilitate ſuâ indignos, ac proinde ex cœtu fortium, & Nobilium Virorum proſcribendos exiſtimo, utpote degeneres filios, qui non in ſimilitudinem Parentum geniti ſint, ſed belluarum naturam imitentur & exprimant. At vera Nobi-

Auctario 2. ad S. Mon: Hiſt. C.1.& 2.

Parẽtũ ſimilitudo magìs elucet in filio rũ animis quàm in vultu.

Nobiles aliqui degeneres.

Nobilitas humaniſſima eſt, & ad totius generis humani venerationem, ab ipſa natura, & educatione componitur, ad id ſe genitam exiſtimans ut Patriam & Reges conſilijs & ferro tueatur, vel ſi in hoc ſtrenuo conatu vitam amittere oporteat Majorum exemplis, animo occurſantibus, qui, ut ait Poëta: *Sangvine nobis, hanc Patriam peperêre ſuo.* Nobiles alij qui degeneres. *Virg.*

Ideóque *Sapientes* in vultibus & moribus Nobilium Virorum non unum aliquod corpus, ſed totam generis ſeriem intuentur, ut in *Romano Senatu Conſtantius Imperator* (*apud Ammianum*) *Patricias recognoſcens imagines:* nam ſi effigies *Clarorum virorum* mortuis coloribus pictas miramur, & cupidè ſpectamus, quantò juſtiùs id faciendum erit, cùm vivas Effigies Magnorum Virorum in filijs & nepotibus contemplamur? ego ità ſentio: grande eſſe DEI in Rempub: beneficium conſervatam in Regnis vetuſtam Nobilitatem Regni, non ſecùs ac cadentis ſignum manifeſtum, Nobilitatis paucitatem; ac memorabile inprimis eſt, quod jam pridem à me obſervatum, & ſcriptum eſt; ùt *Regna* conſtituta ſunt, ità *Nobilitatem* aut minui aut augeri, & temporibus Reipublicæ adverſis *plurimas illuſtres Familias* occidere; quam animadverſionem meam jam in Authoribus laudatam invenio. Sed nos lætiora; ingeniosè, ùt omnia *S. Ambroſius Libro de Noë, & Arca, Ramum* illum *Olivæ*, quem *Columba ad Arcam Noëmo* attulit, Nobilitatem antiqui generis interpretatur: *ſi*, inquit, *ante Diluvium folium* illud *Oleæ* (ità vocat *S. Doctor*) *fuit exortum, gaviſus eſt Vir Juſtus, fructum aliquem de veteri ſemine reſervatum, & fructum demonſtrare cui non poſſent nocere Diluvia.* & paulò pòſt: *ſed hoc altâ potiùs interpretatione colligendum, quia Dominus DEUS noſter, quamvis acerbis iniquitatis noſtræ offenſus ſit erroribus, tamen antiquæ nobis Proſapiæ, Patriæque virtutis ſemen aliquod vel exiguum ſervârit, nè penitùs operis & Creaturæ ſuæ omne circa humanum genus amputaretur inſigne.* ſignificat *S. Ambroſius* magnam eſſe DEI beneficentiam exemplo Oleæ in Diluvio ſervatæ, cùm Nobilitas proba, & obryza conſervatur in Patria, juxta illud Regij Prophetæ de Viri Juſti Proſapia canentis: *Et erit tanquam lignum quod plantatum eſt ſecùs decurſus aquarum* (id eſt penes fluctus hujus decurrentis ſæculi) *quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo, & folium* (generationem intelligo) *non defluet*, & quæ ſequuntur; quæ benedictio licèt omnibus juſtis promittatur à Propheta, ſæpiſſime tamen eam in Nobilitate & bono genere compleri videmus. Porrò ſcripturam ex ſenſu ipſius DEI, plurimum Nobilitati tribuere, innumeris, ſi id ageretur, exemplis probari poteſt; unum inobſervatum alijs, idem *D. Ambroſius* attulit: quod in *ſacris Literis Nobiles Viri*, cùm è vita evocantur *ad genus ſuum apponi dicantur, non ad populum ſuum;* hoc enim omnibus viventibus commune, illud Nobilitati proprium, eámque

Lib. 16. hiſt.

Cadẽte alìquo Regno plurimæ Illuſtres Familiæ pereunt.

in Orig. Guttenſt.

Kirch. in Lib. de Regno Polon. Cap. 19.

Gen. 8.

Nobilitatis morientis elogiũ ex ſentent. S. Ambroſij.

Iſaiæ 1.

Pſal: 1.

Gen. 35.

1. Reg. 2.

Nobilitas eſt quaſi ramus Olivæ in diluvio cõſervatus

esse *Sacrarum Literarum* phrasim, allatis pluribus locis eleganter affirmat; tum subjicit: *Præstantior enim est, qui paucorum similis fuerit, & non plurimorum.* Hæc de *Nobilitate* sufficiant, præsertim cùm ad historiam pertinere non videantur ejusmodi excursus, & ut *Ammianus de Ambagiosa Oratione* loquitur, *centum vendibiles introitus*, ut opus sit tritum illud exclamare: *dic aliquid de tribus Capellis;* defensio tamen aliqua contra iniquos Nobilitatis Obtrectatores in antecessum suscipienda fuit, quasi *Prologus Galeatus*, ùt *D. Hieronymus* suam in sacræ Scripturæ Libros præfationem nuncupavit.

S. Ambros: L. 1. de Abe & Cain c. 2.

CAPUT. IJ.

NOBILITAS SLAVICA, JAM INDE AB OMNI ANTIQVITATE PRO LEGITIMA & PROBATISSIMA HABETUR; EIUS REI CAUSSA ADFERTUR; SLAVI AN SCLAVI DICENDUM; NOBILITATIS PROBATIO NON MODO à PATRIBUS, SED ETIAM à MATRIBUS PETITUR; DE TORNEAMENTIS; BUCELLINI DE NOSTRA NOBILITATE SENSUS.

SLavicæ Nobilitatis antiquitatem & probitatem nullus unquam, nisì omnis historiæ ignarus revocabit in dubium: sunt apud nos hodiéque Illustrissimæ Stirpes, quæ à mille & pluribus annis Nobilissimi generis Originem demonstrare possint, quæque cum *Czecho* universæ gentis *Duce* (quem vixisse, qui tardissimè ponunt An. 644. affirmant) in *Bohemiam* ascenderunt, & jam tum Comitum dignitate insignes, (quales invenio *Comites de Mielnik* seu *Guttensteinios* hodie, & *VVrtbæos*) *Strossios* (quorum quinque stirpes in vetere *Bohemia* numeramus) ùt *Kolovvratæos*, ùt *Slavatas*, *Czerninios*, *Ssvvihovvios*, *VVrssovecios*, (qui ad ipsum *Czechum* genus suum referunt) ùt *VVratislavvios*, aliósque innumeros prætercam. Sunt qui Equestri dignitate contenti hodie, jam pridem ultro Comitum Titulos abjecerunt, de quibus agemus postea. Cur verò Slavica Nobilitas in pretio fuerit, proclive est caussas adferre: cùm enim antiquitus non nisì armorum gloriâ Nobilitas pararetur, & *Slavi* à prima Origine arma tractarent, nullísque alijs curis ac studijs, quàm militiæ tenerentur, maximum præmium Virtutis bellicæ Nobilitas censebatur: armati procedebant in publicum omnes, armati in Consilium ibant, & sinè armis nihil magni aut parvi agebatur; protractus mos est etiam in Bohemiam usquè ad *VVladislai Regis* tempora, qui pacis ipse amantissimus Princeps togatum Senatum ab Armato distinxit, & longâ pace, ùt ille cecinit: docuit Bohemos nostros *ferrum togâ mulcere.* Sed quod dixi, *Slavicos populos militiam pro Opificio* habuisse, & militari habitu, & more vitam du-

Slavicæ Nobilitatis Origo ab Armis.

Statius.

duxiſſe, ſatis probat earum *Gentium Slavicarum* exemplum, qui ſui juris & moris hodiéque retinentes, arma pro veſtibus habent, & continenter armati militiam à prima ætate profitentur, ut ſi fortè bellum ingrueret, omnes equo conſcenſo ferantur in hoſtem & avitam libertatem, vel ſangvine profuſo tueantur. ignaros omnis hiſtoriæ ſe oſtendunt (ut *Cromerus laudatiſſimus Poloniæ Hiſtoricus doctiſſimus Varmienſis Præſul* demonſtrat) qui ab alijs decepti nomen *Slavicum* in *Sclavicum & Slavos* quaſi *Sclavos* appellant. adde quòd hanc vocem *Sclavorum* nulla lingva, quod ſciamus, habeat, niſì barbaris vocibus latinam lingvam implere & augere velimus; quippe *Romanorum Imperio* jam ſeneſcente ex *Italico Sciavo* natam, ut idem *Cromerus* exiſtimat, alia certè Origo vocis hujus & ſignificatio adduci non poteſt; at *Slavi* olim ſub variarum gentium nomenclatura latentes, cùm primùm in *Europam* interiorem migrare cœpiſſent, hanc ipſi ſibi appellationem indiderunt, ut Slowácy vel Slawácy dicerentur, vel à Sláwa quod eſt *Gloria*, vel à Slowo quod *Verbum* vel *Nomen* ſignificat, quaſi dicas Celebres & Nominatos; qua de re egimus Lib: II. Miſcell. *Slavicæ* igitur *Nobilitatis* (ut ad id, quod cœperamus dicere, redeamus) Primordia antiquitatem maximam continent, ut poſteà allatis *ſingularum Familiarum* exemplis probabitur: *Polona & fraterna* nobiſcum *Gens* maximæ Nobilitatis numero gaudet, ut nulla propè *Villa*, nulla *Arx*, nullum *Oppidum* reperire ſit, quod non generoſâ aliquâ ſtirpe ex Nobilitate legitima illuſtretur. Idem olim fuit apud *Bohemos*, imò & me puero uno in *Pago*, ſenos, aut plures ex Nobilitate legitima degentes videbamus. *Joannes Rex Lucemburgicus* adverſus *Prutenos Exercitum Bohemorum* duxit ſolis propè *Nobilibus* conſtantem; plura hujuſmodi exempla in Lib: VIII. Dec: II. adducemus; probiſſimam verò & ſinceriſſimam hanc *Nobilitatem Bohemiæ* fuiſſe, vel illud oſtendit: quòd non ſinè delectu (ut in quibusdam Regionibus, & Regnis fieri videmus) Vxores legerentur, nam apud *Bohemos*, *Polonos &c.* ſi domum ſponſam duxeris, quæ *Avis & Atavis Nobilibus* orta non ſit, & qui in Nobilitate antiqua cenſi non fuêre, maculam *Familiæ tuæ* indelebilem inuſſeris, & ferè Nobilitatem apud æquales perdideris. Hi erant mores Majorum noſtrorum; at hodie nummus agit (non ſolius Virtutis) ſed etiam nobilitatis opus; aurum etiam per medios ire ſatellites audet, unde *nummaria Nobilitas* appellatur, ſæculis noſtris nimium uſitata.

Slavi, non Sclavi.

Origo vocis Slavus.

Multitudo in Bohem: quōdā Nobilitatis.

Religio antiquorum Nobilium in ducēdis fœminis.

Hanc prærogativam *Slavicæ Nobilitatis* prioribus ſæculis agnovit *Germania;* nolo repetere, quæ pridem ſcripſi: in haſtiludijs, quæ in conſpectu totius *Germaniæ* celebrata ſunt, *VVratislaus Bohemiæ Dux* cum *ſexaginta quinque Galeis*, ut ipſi loquebantur, id eſt *ſexaginta quin-*

Numerus Nobilitatis Boh. in haſtiludijs.

quiqueprobatæ Nobilitatis Equitibus poſt An. C. 934. ſevero examine præmiſſo ad ludos illos admiſſus eſt, quem numerum nullus Principum Imperij, nè ipſe quidem *Henricus Auceps Rom. Rex* ex Saxonibus ſuis adduxit, ut Libro citato latiùs narravi. Unde congruenter ad veteris Germaniæ ſenſum egregius *Genealogiſtes, & Stemmatographus Bucellinus: ingens*, inquit, *per Bohemiam Equeſtris dignitatis Nobilitas fuit, potentiâ æquè ac numero, ſuntque hodie amplæ & uberes prorſus Virorum Equeſtrium Ditiones, ut de potentia Comitum & Baronum nihil memoremus.* Paulò antè excuſans ſe, quòd in Genealogico opere ſuo pauca de *Bohemica Nobilitate* attulerit, eam cauſſam præcipuè adduxit, *primùm: quòd minùs aſſueverint Bohemi Viri Nobiles probationes ſuas ultra quatuor, octo, vel ſummum ſexdecim Avos Aviasq; producere. Deinde quòd multi diverſa Religionis dogmata ſecuti, poſtquam aſpirare ad Cathedrales Eccleſias deſierunt, tum in colligendis ejusmodi probationibus, tum obſervandis, minùs fuerint diligentes.* Ex his *Bucelleni* locis apparet illum ad manum *Genealogias Bohemorum* non habuiſſe, quas ſinè dubio attuliſſet; fateri tamen ingentem probatiſſimæ Nobilitatis numerum in *Bohemia* reperiri; nos quod in *Bucellino* deſideratur ſupplere in ſequentibus conati ſumus.

Dec. II. Lib. II.

Bucellini comendatio Nobilit: Bohemicæ.

CAPUT. III.

NOBILITAS DUCUM & REGUM NOSTRORUM CZECHI, Craci & Przemysli; hunc ultimum Virum Nobilem fuiſſe adſtruitur; Agrorum cultura nihil Nobilitati præjudicat; S. Ludmillæ Borzivoÿ primi Chriſtiani Conjux magna Mater Ducum & Regum.

REges habuit *Bohemia* ex varijs, ſed probatiſſimis *Europæ Familijs* quas hîc percenſere ſupervacaneum videtur, cùm earum *Genealogias* Lib: VII. primæ Decadis ritè & magno pretio curarum confecerim. *Tres Ducum & Regum Familiæ* propriè ad nos ſpectant, quas Bohemicas appellare poſſumus, *Czechi, Croci* vel *Craci, & Przemysli* vel *Przemyslai. Czechum Virum Nobiliſſimum,* & inclytæ Stirpis in *Croatia* vel *Corvatia* fuiſſe, Scriptores noſtri teſtantur, ſatíſque ex ejus Comitatu nobiliſſimo eluceſcit, non enim ignobilem Ducem novas terras quærentem tanta, & tam numeroſa *Slavici* nominis, & Originis Nobilitas (quod cùm de Procerum veterum *Bohemiæ Stirpibus* in particulari poſtea demonſtrabitur) ſecuta fuiſſet, neque ejus ſeſe Imperijs antiquus, & novus *Bohemiæ Populus* ultro

tres Regiæ Familiæ in Bohemia.

ſub-

ſubjeciſſet, ac *Ducem* ſalutâſſet; deinde ſcriptorum noſtrorum authoritate conſtat, *VVrſsovecios* ex Parentela *Czechi* genus traxiſſe, quo nomine ac etiam jure *Bohemiæ* gubernationem ſibi deberi ſæpius necquicquam jactârunt, eâque de cauſa non paucas *Ducum Bohemiæ* cædes perpetrârunt; *VVrſsovecios* verò *nobiliſſimos* inter *Proceres Bohemos* jam in Bohemiæ primo ingreſſu fuiſſe, & Comitum dignitate eminuiſſe *Hagecius, Paprocius &c.* teſtantur, hinc verum eſſe probatur quod ultimus hic ſcribit: *vetuſtis illis Slavorum temporibus non creabantur Comites, ſed ij tantùm Comites appellabantur, qui Stemma ſuum deducere poterant ex origine & ſangvine Regum ac Principum.* Wrſſovecij à Czecho deſcendunt.

Altera *Familia Regnatrix* apud nos *Cracorum* vel *Gracchorum* fuit, cujus origo plurimorum Scriptorum teſtimonio ad Nobiliſſimam *Gracchorum Urbis Romæ Familiam* refertur: eam, ut omittam *Miechovium, Cromerum* cæteróſque *Polonorum Hiſtoricos*, noſtros Scriptores unâ ſententiâ omnes affirmant, auſúſque eſt *Pantaleon Candidus*, qui *Ducum noſtrorum Hiſtoriam* elegiaco verſu cecinit, etiam annotare tempus, quo *Grachus* in *Croatiam* advenerit, atque inde ejus poſteri in *Bohemiam* cum *Czecho* commigrârint: Familia Cracorum. *Pantaleon in Ducibus ac Regibus Boh.*

Grachus in Auſonijs Romanus origine terris,
Anco Romulidûm ſub Duce liquit humum, &c.

De *Przemyslo* ſolo moveri controverſia poteſt, quem *Aratorem, & Ruſticum* quidam ignari vocant, ex hodiernis & ſuperbis moribus de antiquitatis ſimplicitate conjecturam facientes; at graviter, & inſigniter hallucinari eos *VVeleslavinus* (cujus magna apud me authoritas) oſtendit, qui *Virum nobilem*, atque, ùt tum ferebant ſæcula, *Villæ Stadicenſis Dominum* appellat; nec caruiſſe Nobilitatis Inſignibus, & militari Clypeo certum eſt: nam tria flumina depicta geſtaviſſe in Clypeo in Diſſertatione de *Familia Slavatina* apertiſſimè demonſtratum à nobis eſt, quæ flumina tria omnes ejus poſteri *Duces ac Reges* noſtri geſtavêre, ut in ſigillo *Boleslai Pij Ducis Bohemiæ*, quod Fundationi *Cœnobij Brzevnovienſis* appreſſit, *Paprocius* ſe vidiſſe teſtatur; quo argumento omnes Regiæ apud nos Familiæ, id eſt, quæ ex Regum fratribus, aut Patruelibus deſcendunt (*ut Slavatæ, Sſvihovij, Czerninij*) eaſdem tres lineas ſeu fluvios, licèt coloribus differentes, in Clypeis oſtentant. Porrò agri & hortorum culturam non adverſari Nobilitati prudentiſſimi Scriptores docuerunt: *Galliæ Reges declarârunt* (ait Italus Scriptor) *nihil præjudicare Nobilitati eos, qui ruſticis operibus agrorum aut hortorum colendorum occupentur, modò* (quòd facetè adjicit) *ſuos agros & ſuos hortos &c.* colant, non alienos; exempla plurima in eam rem Imperatorum, & Principum agriculturam exercentium in doctiſſimis ſuis Commentarijs adducit, & defendit *Andreas Tiraquellus* de Nobilitate Przemislaus Vir Nob. *Welesl. in Geneal. Ducum Boh.* Agricultura nil derogat Nobili: *Guazzus l. 2. de Civ. Converſ.*

Tiraquell.c. 32, num. 7. tate & Jure primigeniorum ad *Henricum II. Regem Galliæ.* Quin adeò (ſi vera ſcribunt *Judæorum Magiſtri*) *Adam* primus homo de cultura terræ aliquos Libros ſcripſit, & poſteritati tanquam honeſtiſſimum laborem commendavit. Ac ſanè licet originem ruſticam primitus noſtri Reges habuiſſent, hanc labem generis (ſi qua tamen eſſe poteſt) pridem aboleviſſent illuſtria eorum facta, tum dignitas Ducalis, ſceptra & Coronæ in capite & manibus poſterorum lucentes prorſus deleviſſent, præſertim cùm plurimorum *Regum & Imperatorum* maximorum Origines non ab aratro tantùm, ſed à ſordidis etiam muneribus, arceſſere poſſimus, quorum Catalogum exhibet idem ille *Tiraquellus.* Ad *C. 4.* extremum temporis longinquitas Originem Regum defendit, cùm ante annos mille, & ampliùs *Przemyslaum* vixiſſe nuper probaverimus.

Miſce. Dec. 1. Lib. 7. Hæc igitur inclyta *Przemislæa Stirps*, quæ tot ſæculis regnavit, Nobiliſſimis *Imperatorum, & Regum, & Ducum Familijs* implexa, & connubijs conjuncta, demonſtrat, quanto in pretio, & æſtimatione Evropæ univerſæ glorioſa Regum noſtrorum Nobilitas habita ſit. Ante complures annos venit in manum meam *Tabula Genealogica*, quâ Erudiſſimus, & omnis antiquitatis Chriſtianæ ſcientiſſimus Author, genealogicè probavit: omnem Regum in *Evropa* poſteritatem ex S. *Eliſabethæ Portugalliæ Reginæ* ſangvine per fæminas deſcendere, continuò exarſi ad ejuſmodi Tabulam, vel potiùs Tabulas (nam trigeſimum numerum ſuperant) conficiendas, ceſsítque feliciter labor, & à S. *Ludmilla Martyre & Duce Bohemiæ*, & ex *Borzivoÿ primi Chriſtiani Conjugio Reges Evropæ* omnes, nec modò Reges, ſed omnes omninò *Imperÿ Principes Electores, ac Duces*, & quidquid eſt in Nobilitate præcipuum, & ut ità loquar, primicerium, deſcendiſſe & deſcendere, & ex ejus S. *Martyris* beato ſangvine in utero Matrum compoſitos eſſe, genealogicè demonſtravi. Eam probationem (quæ ſi tota recitaretur juſtum Volumen impleret) in pauciſſima conferam, méque ipſum & ea, quæ in *Originibus Guttenſteinÿs* memoraveram, exſcribam.

S. Eliſabet; magna Mater Regum & Regina.

A S. Ludm: omnes Evropę Reges per Matres deſcendũt.

CAPUT. IV.

BORZIVVOII BOHEMIÆ DUCIS & S. LUDMILLÆ ſangvis in omnes omnino Reges & Principes Evropæ per Fæminas infuſus.

Probaveram olim ex ſola Regia *Przemyslæa* Stirpe virili lineâ *Borzivoÿ Ducis* primi Chriſtiani & ejus Conjugis numerari poſſe:

Sanctos & Sanctas	14.
Beatos & Beatas	10.

Tem-

Templa, Cœnobia & Collegiatas Ecclesias fundatas 38.
Adhæc Duces ac Principes qui Bohemiæ imperarunt 14.
Bohemiæ Reges qui titulo Regio Bohemiam rexerunt 9.
Marchiones, Principes, Duces (extra Bohemiam) regentes 14.

S. Ludmillæ & Borzivogij admiranda in Prolibus felicitas.

Idque tantùm ad usque *Carolum IV.* hic enim gloriosus Imperator postea Bohemiam templis, Cœnobijs, Collegiatis Ecclesijs amplissimè & opulentissimè excitatis implevit. Eum secutus est magnus Regum nostrorum & Cæsarum numerus, ùt *in libris Regum* ostendi. Aliud mihi nunc propositum est, videlicet ostendere brevissimè: nullum esse Regum ac Principum hodie vetustæ originis, qui per Matres S. Ludmillæ sangvinem non participarît. Gloriosum habetur, ùt dixi, *S. Elisabethæ Reginæ Portugalliæ* sangvinem in plurimos Reges & Principes influxisse; neque minùs Augustissimæ Imperatricique genti Austriacæ gloriosum in omnem posteritatem censetur, quòd à *Rudolpho I. Cæsare* omnis Regum & Principum, qui nunc regnant & imperant, posteritas per fæminas derivetur, ut Libro A. 1635. Pragæ edito per Tabulas genealogicas ostendit *R. P. Joannes Gans S. J.* Majus hîc quiddam & longè excellentius, ac majori admiratione dignum reperitur: nam inprimis *S. Ludmillæ* sangvis in ipsam *S. Elisabethæ* posteritatem ingreditur, adeò ut quidquid *S. Elisabeth* felicitatis in posteritate sua consecuta est benedictionis cœlestis, sit pars quædam tantùm ejus gloriæ, quâ *S. Ludmillam Martyrem* in terris divinitas exornavit; deinde, ut de Austriaca stirpe loquamur, *S. Ludmillæ* sangvis sæpius in Augustissimam gentem influxit, primò: per *Annam VVenceslai Bohemiæ* Regis Filiam, ùt volunt aliqui; quod ego timidè affirmo. Secundò: certiùs omnium Genealogistarum Authoritate, per *Elisabetham Caroli IV.* Imp. (qui ex sangvine *S. Ludmillæ*, ut Tabula 2. ejusdem libri probatum à nobis est) Filiam, *Alberto III. Archiduci Austriæ* nuptam. Tertiò: per aliam *Elisabetham Sigismundi* Imperatoris Filiam, quæ *Alberto II. Rom. Imper.* venit in manum, eique *Ladislaum* Regem Bohemiæ genuit; sed fœcundissimè & felicissimè per *Annam VVladislai Bohemiæ* Regis Filiam *Ferdinando I.* Austriaco Cæsari in Conjugem datam, quo conjugio effectum videmus, ut omnis Austriacus sangvis hodiernus, *Borzivoij* & S. *Ludmillæ* sangvis, & posteritas censeri debeat; hæc verò posteritas ex *S. Ludmilla* deducta Archiducum Austriæ, hucusque sex Reges totidémque *Romanos Imperatores* procreavit.

Austriaci Principes à S. Ludmilla descendentes.

Octa. Strada in Genealog. Aust.

Orig. Gut: c. 13.

Quod si alios quoque in *Europa* Reges, ùt *Galliæ*, *Sveciæ*, *Poloniæ*, *Angliæ*, ac deinde Electores, Duces ac Principes enumerare vellem, qui per Matres hunc sangvinem *S. Ludmillæ* participarînt, auderem quacunque sponsione certare, à *S. Ludmilla* plures quàm quinquaginta

ginta Reges, Ducum verò, Electorum ac Principum innumerabilem multitudinem prodijſſe.

A *VVenceslai II.* Regis Bohemiæ Filia (quæ à *Borzivoio & S. Ludmillæ* virili lineâ ùt in libro Regum probatum eſt, deſcendit) Margaretâ nomine, *Boleslao Duci VVratislavienſi*, & *Brigenſi* nuptâ, rectâ lineâ & abhinc ſemper virili, Duces *Brigenſes & Lignicenſes* habemus, quod ex *Schikfuſij Sileſiticis Annalibus*, & *VVeleslavini* Calendario ad. 9. Maij evidenter pateſcit.

Ab *Eliſabetha* Regina Bohemiæ *Joannis* Regis Conjuge, quæ ex *Borzivoij* ſangvine proceſſit, ejúſque Filia *Gutha* vel *Juditha*, *Joanni* Regi *Franciæ* nupta, Reges *Galliæ*, & *Angliæ* hodiernos, & ex illis omnes Regij in *Gallia* ſangvinis Principes, item Sabaudiæ & *Florentiæ* Duces deducere nullo negotio poſſumus, & in ijs, quarum nuper mentionem feci, Tabulis deduxi.

Enumerantur genera tim ſummi Europæ Principes, qui à Ducibus noſtris deſcēdunt.

Ab eadem *Eliſabetha* per *Carolum IV.* Cæs: in *Reges Bohemiæ* & Sveciæ, per fæminas noſtrorum primorum Chriſtianorum Principum ſangvis derivatur. Iterum per aliam *Eliſabetham Bohemiæ Reginam Caſimiri III. Regis Poloniæ* Conjugem (*Eliſabethæ* Reginæ Boh:, & *Alberti Cæſaris* Filiam) Reges Daniæ, *Hiſpaniæ*, & iterum *Sveciæ*, *Angliæ*, *Poloniæ* Duces *VVeinmarienſes*, *Coburgenſes*, *VVirtenbergenſes*, *Mechlburgenſes*, *Haſſiæ Landgravij*, *Durlacenſes*, & *Leüchtenburgici* deſcendunt. Per ejus verò ſororem *Annam Alberti II. Cæſ:* Filiam *VVilhelmo III. Duci Saxoniæ* nuptam, Duces *Lunæburgicos*, *Onſpacenſes*, & *Anhaltinos* habebimus. Magnis omnino nec ferè nisi Regijs Familijs aut quæ Regibus antiquis Uxores ſeu Reginas dederunt, hæc gloria communis eſſe poteſt, ut de ſangvine *Borzivoij Ducis & S. Ludmillæ* exclamare poſſimus: *ecce ſemen cui benedixit Dominus!* & illud glorioſi Sanctæ Eccleſiæ Doctoris aureum dictum leviter immutatum pronunciare: *Sangvis Martyrum (S. Ludmillæ Martyris) ſemen eſt* Principum, Regum ac Cæſarum *Chriſtianorum.* ex quo non minima Bohemiæ gloria naſcitur, quòd ex primis Bohemiæ Chriſtianis Ducibus, tantus ſplendor Nobilitatis in reliquam *Evropæ* Nobilitatem deductus & derivatus ſit. Hoc claritatis causâ adjicio, hæc omnia, quæ modò dixi, non apud me ſolùm recondita quasì myſteria ſervari, ſed ex omnibus Genealogicis, ut *Joanne Gans*, *VVeleslavino*, *Reüſnero*, *Henninges*, *Fabricio*, *Bucellino*, *Octavio de Strada* ad oculum demonſtrari; unum illud ſemper intelligendo, eum ſangvinis deſcenſum & participationem (præterquam in Familia *Przemyslæa*) non per Patres, ſed per matres procedere. Adferamus tamen, unam alterámve tabellam, ut ſpecimen aliquod Lectoribus præbeatur, & in reliquis fides adhibeatur.

Ta-

TABULA I.

SIMPLEX, SED CLARA, QUA OSTENDITUR
Reges nostros ac Cæsares à Borzivoio & S. Ludmilla descendere.

Tabulæ probantes hunc sanguinis defluxum.

Slavibor Comes Mielnicensis ↓ Lidoslava.

S. Ludmilla F. Slavibori & Lidoslavæ. ↓ Borzivoij Ducis Boh:

Wratislaus I. Dux Bohemiæ.

Boleslaus I. Dux Bohemiæ.

Boleslaus II. Dux Bohemiæ.

Boleslaus III. Mitis Dux Bohemiæ.

Udalricus I. Dux Bohemiæ.

Brzetislaus I. Dux Bohemiæ.

Wratislaus II. Dux Bohemiæ.

Wladislaus I. Boleslaviensis Dux Bohemiæ.

Wladislaus II. Rex Bohemiæ.

Przemislaus Ottogarus I. Rex Bohemiæ.

Wenceslaus I. Rex Bohemiæ.

Przemyslaus Ottogarus II. *Rex Bohemiæ.*

Wenceslaus II. Rex Bohemiæ.

Elisabeth Regina Boh. ↓ Joannis Regis Boh:

Carolus IV. Cæsar & Boh: Rex.

Sigismundus Cæsar & Rex Bohemiæ.

Elisabeth Regina Boh: ↓ Alberti II. Cæsaris.

Elisabeth Filia Alberti Cæs: ↓ Casimiri III. Regis Poloniæ.

Wladislaus Boh. Rex. S. Casimirus ejus Frater.

Anna Filia Wladislai Boh: Regis. ↓ Ferdinandi I. Cæsaris & Bohem: Regis.

Maximilianus II. Cæs: & Rex Boh: Carolus Archid: Austr:

Rudolfus II. Imper & Rex Boh. sine conjugio. Mathias I. Imp. & Rex Boh. sine liberis. Ferdinandus II. Cæs: & Rex Bohemiæ.

Posteritas Cæsarea.

TABULA II.

Quâ oſtenditur in Galliæ Reges Borbonios Borzivoij & S. Ludmillæ ſangvimem influxiſſo.

Wenceslaus Ottogarus II. Rex Boh: ex Sangvine S. Ludmillæ, ùt tabulâ primâ probatum eſt. ⚭ Judith Filia Rudolfi I. Cæſaris.

Eliſabeth. ⚭ Joannis Regis Bohemiæ.

Gutta. ⚭ Joannis Regis Franciæ.

Maria. ⚭ Roberti Ducis I. Barri.

Johanna. ⚭ Ludovici Luxenburgenſis.

Petrus Luxenburgenſis.

Maria. ⚭ Franciſci Comitis Vendoſme.

Carolus D. Vendoſme. ⚭ Franciſca Filia Renati Ducis Alenczonij.

Antonius de Vendoſme. ⚭ Franciſca Filia Henrici Regis Navarræ.	LudovicusBorbonius M. Condæus 1588. ⚭ Leonora Rugana.
Henricus IV. Magnus Rex Franciæ. ⚭ Maria Filia Franciſci M. Ducis Florentiæ.	Henricus Condæus ⚭ Maria Filia Franciſci Ducis Niver:
Ludovicus XIII. Rex Franciæ. ⚭ Anna Maria Philippi III. Regis Hiſpan: Filia.	Henricus Condæus ⚭ N. Filia Caroli D. Meinæ.
Ludovicus XIV. Rex Franciæ.	Caſto Condæus.
Regia Poſteritas Galliæ.	Condæi poſteri & ab eadem origine omnes Regij Sangvinis in Gallia Principes.

TABU-

TABULA III.

QUAM BREVISSIME EXHIBENS IN OMNES Electorales Familias eundem Borzivoij, & Ludmillæ Sangvinem per legitima Conjugia derivatum.

Carolus IV. Imper. & Boh: Rex, quem Tabulâ A. ostendi fuisse ex Sangvine S. Ludmillæ. ⚭ 4. Elisabeth. Bohuslai Stetinensis Ducis Filia.

Sigismundus Imperator & Bohemiæ Rex. ⚭ 2. Barbara Filia Hermanni Comitis Ciliæ.

Elisabeth. unica Filia Sigismundi. ⚭ Alberti II. Cæsaris.

Elisabeth Filia Alberti Cæsaris. ⚭ Casimiri III. Regis Pol:

Wladislaus Boh: Rex. Sophia.

Anna ⚭ Ferd: I. Casimirus. Sophia.

Maria ⚭ Wilhelmi Ducis Cliviæ. Anna. Carolus. Maria. Sophia Georgius.

An-na. Magda-lena. Maria Leo-nora. Wilhelmus. ⚭ Anna D. Lothar: Ferdi-nan-dus II: Ludovi-cus Ele-ctor Palat: Joachi: Frideri-cus. Joachi: Fride-ricus.

Wolf: Wil-hel-mus Dux Neo-burg. Joan nes Dux Bi-pon-tin: Mag da-le-na. An-na. Maxi-milia-nus E-lector Bava: Fer-di-nan-dus III. Fri-deri-cus IV. Barba-ra Ma-ter Du-cis Wir tenber gici. Christia-nus Wil-helmus Brande-burgicus Catholi-cus. Georg: Ern: Joan: Christianus DD. Lignic: & Brigensis.

Philippus Wil-helmus Dux Neoburgicus. Joh: Georg: Elector Sa-xon. Georgius Wilhelm: Elector. Elector: Bavar: hodie im-perans. Leopol-dus Cæ-sar. Fridericus V. Pater Electo-ris Heidelber-gen: hodierni.

Casimirus Dux: Neob: Johannes Georg: Sax: Elect. Fridericus Wilhelmus Elector Brandenburg.

Duces Neoburgici & Bipontini. Electores Saxoniæ, Brandenburgici, Bavari, Reges Bohemiæ, Palatini, Wirtembergici, Duces Lignicenses. Hæc Genealogica diligentiùs alibi tractabuntur.

CAPUT. V.

QUÆNAM PRINCIPUM ET REGUM IN EVROPA, ac potissimùm in Imperio Germanico Familiæ hodie supersint, quæ immediatè & directè (per deductionem plurium Majorum) ex Bohemia, seu ab ipsis Bohemiæ Regibus, Conjuges petierint; & sibi Connubijs copulârint.

In Anal lib: nostris, pauci annotantur Ducum & Regum Filij præter Regnantes.

Mihi dubium non est *Czechum* nostræ gentis *Ducem*, deinde *Cracum I.* ac reliquos ex ordine *Bohemiæ Duces* antiquos non unum tantùm filium post se regnaturum reliquisse, sed plures genuisse liberos utriusque sexûs, quos Annales nostri omiserint, cùm solis tantùm *Ducibus ac Regibus* regnantibus commemorandis imminerent; hanc eorum negligentiam, si ità appellari potest, defectu monimentorum supplere nemo potest; agam quod possum, & si quas illi suggesserint filias Connubijs exterorum *Principum* implexas (nam proles masculas in *Genealogia L. 1. Dec. 2.* jam dedimus) adducemus.

In Geneal: Basilico. V. antiquit: Thuring. Caspar. Sagittar. Marcomirus R. Galliæ, ex Bohem. Conjugem accipit.

Nondum Sanctissimum *Christi Nomen* omnis adorabat *Germania*, cum Marcomirus in *Franconia* (quæ tunc *Francia* superior dicebatur) regnans, *Croci* nostri *Ducis* filiam, nomine *Milenkam*, accipit in Conjugem. ità *VVeleslavinus* alijque Scriptores nostri. Favent Genealogistæ, qui *Marcomiri Dominium* (verba sunt Reüsneri) *extensum fuisse affirmant, à finibus Bavariæ & Bohemiæ, ab Oriente usq; ad Rhenum, habens sub se Hegios, Meneganios, Caraganios ad Tabernas usque Alsaticas.* A Romanis sæpius licèt id tentantibus subjugari non potuit; *Francobergæ* more gentilitio inhumatus A. C. 402. Ex hoc Conjugio natus est *Pharamundus* Conditor hujus stirpis Nobilissimæ, & Regum *Galliæ Merovingorum*, qui primus *Francorum* Rex *VVirtzburgi* salutatus est A. C. 419. magnum hinc decus Bohemiæ accedit, quòd ex Nobilitate nostra *Regia stirps Pharmundana* processerit, à qua *Comites Habspurgij, Reges Galliæ, Merovegij, Reges Novæ Burgundiæ*, & plurimi alij *Reges ac Duces* suam deducant originem; qua de re Lib. 7. Decadis I. scripsimus, ostendimúsque bellè cum Chronologia *Croci* congruere.

Witikind: Saxonicæ Familiæ Originarius ex Boh. Cōjugē petit. *Reüsner: Basilico Geneal. in stirpe Witikindi. Joan. Könik in Gen. M. S.*

VVitikindus magnus *Saxonum* Rex, *Conditor Nobilissimæ stirpis VVitikindææ*, qui cum *Carolo Magno* multis prælijs concertavit, secundam Conjugem habuit *Svvatavam* seu *Svvaternam Czechi Jczicescorum* in *Bohemia* principis filiam (ut omnes *Genealogistæ* quos Lib. 2. Dec. 1. laudavimus testantur) unde nata est Prosapia Comitum *VVetbini*, & ab his ortorum *Marchionum Misniæ*, *Landsbergæ* & *Lusatiæ*, qui

qui post varias fortunæ vices primò *Comitatum Provincialem Turingiæ* acquisiverunt: exinde etiam avitum Ducum *Saxoniæ* titulum, unà cum septemviratu, ad legitimos hæredes revocârunt, iisdémque Majoribus orti sunt *Duces Saxonia Coburgenses*, & *Vinarienses*, quódque caput est hodierni *Saxoniæ Duces* & *Electores*.

Bunting. hist. Brunsvic: Fabric.in Orig. Sax. l. 4. init.

Ex *Przemysli* sangvine ex Christianis prima se offert *Przibislava S. VVenceslæi Martyris* Soror, quam in Conjugio Magni alicujus Principis vixisse vel ex eo certum redditur, quòd in summa gloria & gratia Imperatorum *Henrici Aucupis*, & ejus filij *Ottonis I.* cognomento *Magni* Sanctus illle Juvenis vixerit, atque etiam *Rex* ab ijs appellatus sit, qui sine dubio sororem *vili* aliquo Conjugio non inhonorâsset. Eadem est ratio de tribus vel quatuor *Borzivoij* & S. *Ludmillæ* filiabus, quarum etiam nomina prodere antiquitas omisit; sed hæc omnia incerta, & ut ità dicam, surda sunt; ad clariora & certiora veniamus.

Sancti Wěceslai Soror nupta Principi Viro.

Dambrovvka vel *Dobravvka* S. *VVenceslai ex Boleslao Duce Bohemiæ I.* cognomine *Sævo* neptis, *Mieczislao Poloniæ Monarchæ* (ut eum Scriptores gentis illius appellant) adhuc Ethnico & Dæmonum sacris & superstitionibus dedito, Christiano ritu copulata est; ex qua *Boleslaum I.* cognomento *Chabri* suscepit, qui primus *Regiam dignitatem* in *Poloniam* intulit ab *Ottone III.* Rex appellatus, hinc Sangvis *Ducum nostrorum* in omnes *Piastæos Principes*, & totam *Piasti* posteritatem (quos inter omnes *Silesiæ* Duces, quos hîc nominare supersedeo, & in *Genealogicis Tabulis*, in hoc ipso opere nominabimus postea) deductus est. Hujus *Dambrovvcæ* maxima in *Poloniam* merita, alio in loco prosecutus sum, verbo: totam gentem *Polonicam* adduxit ad Christum, multas *Ecclesias*, & *Collegia Sacerdotum* fundavit, *Episcopis* & Sacris *Antistitibus Româ* & ex *Bohemia* advocatis Religionem stabilivit, templa plurima, præcipuè *Cracoviensem Basilicam* honori, & nomini *S. VVenceslai* Patrui sui erexit, denique lectissimam Nobilitatem ex *Bohemia Patria* sua in *Poloniam* transtulit (ùt paulò pòst dicemus) qui ob heroica & illustria facinora *Cœlum* illud *Polonicum* velut lùcidissimis sideribus illustrant.

Primo Rex Poloniæ Dambrowkam Bohemã Regiã habet Matrem quæ Poloniã cõvertit ad Christum.

Strzezislavva altera S. *VVenceslai* soror felicitate humanâ, sed longè magis divinâ à DEO honorata est, siquidem in *Slavonici Comitis* Connubium ingressa, sanctissimas Conjugi Proles edidit: S. *Adalbertum Pragensem Episcopum Apostolum Ungariæ* & *Martyrem*, S. *Gaudentium Gnesnensem postea in Polonia Antistitem*, tum quinque *fratres Martyres*, ex quorum ultimo Poragio (qui per absentiam apud *Boleslaum Poloniæ Ducem* servatus est in vita) plurimæ *Rosensium* stirpes & in *Polonia* & in *Bohemia* prodiêrunt. Conjux verò *Slavvnicus*, vel ut

Soror altera S. Wenceslai Slawnico jungitur, Mater S. Adalberti.

Cosm. l. 1. hist.

ut habet *Coſmas*, *Slavvonicus Strzezislavæ* ex *Henrici I. Aucupis* Sorore genitus fuit, ut veteres Memoriæ tradunt; ex quo conjectura potens admodum peti poteſt, *S. Przibislavvam* magno alicui Duci Conjugio copulatam, cùm ſoror ejus, & neptis tantis maritis, & tantæ dignitatis in matrimonium ſint collocatæ.

Tædet me plures *Regum noſtrorum* Nurus adferre, ut *Mariam Sobieslai I.* Regis Filiam *Leopoldi Marchionis Auſtriæ* ex ſtirpe *Babenbergica* Conjugem, *Hedvvigem* Uxorem *Friderici Miſniæ Marchionis*, & iterum *Sophiam Alberti I. Marchionis Miſniæ* Uxorem; *Helenam* Uxorem *Petri Nepotis Manuelis Cæſaris Conſtantinopolitani*; & *Bozislavam* Uxorem *Ulrici Principis Carinthiæ*; *Annam Uxorem Henrici Probi*, qui S. *Hedvigis* Filius fuit, aliáſque plures adducere, vel ex hac cauſa: quòd nemo dubitare poſſit *Regum noſtrorum* ſtemma, Illuſtriſſimis & probatiſſimis in *Evropa Regum* & *Principum Familijs* æquiparari poſſe. Quare *à Carolo IV.* deſcendentes Regum *Luxenburgicorum*, & deinde *Auſtriacorum* filias omitto; ſublevavi meipſum hoc labore in ijs, quas edidi Regum Genealogijs, & Crambem recoquere nolo. Nec illud hoc loco adferam, ex quibus *Evropæ ſtirpibus Duces ac Reges* noſtri Sponſas & Conjuges optaverint ſibi, cùm eæ omnes in Genealogicis Regum noſtrorum Tabulis, atque etiam apud me legantur.

Vide Stemmatographiâ.

CAPUT. VI.

QUÆDAM ILLUSTRES APUD BOHEMOS *FAMILIÆ, quæ aut Origine Magnos Duces ac Principes reſpiciunt, aut Conjugijs eorundem juncti Principalem Sangvinem in filios, Nepotes & Abnepotes infuderunt.*

HÆreſis quædam extitiſſe olim dicitur, qui etiam animarum particulas filijs in conceptu tribui (quod *traducem* ipſi appellabant) docuerunt; qua in re ridiculum ſe præbuit ſuâ ætate in *Bohemia Vir doctus & religioſus* admodum (quem nominare, nè mihi odium parem non audeo) is in *Bohemico tractatu M. S.* qui apud me eſt, *Immaculatæ Matris Virginis Immaculatam Conceptionem* ſic explicat: ut putet aliquam Sangvinis particulam à primis Parentibus deductam, & quaſi deciſam, quæ maledicto originalis peccati ſubjecta non fuerit, per filios, & per certam Adami Poſteritatem divinitus conſervatam fuiſſe uſque ad *Beatiſſimæ Matris Parentem Joachimum*, ex qua innocenti, ut ita dicam, maſſa *Immaculata Virgo* ſit

Immaculata Conceptio B. V. improbabiliter explicata.

ſit genita, ac proinde, immaculatè concepta & genita; nihil ejuſmodi improbatum affirmo, ſed ajo univerſaliter: optimi ſangvinis portionem primariam quandam ex principalibus humani corporis membris, ùt ſunt Cor, Caput, &c. deciſam & defluam in conceptu colligi, quæ ſeu animata ſeu inanimata ſit, certè Spiritu vitali turgida vim augmentandi ſeſe acquirat (quæ Philoſophis & rerum naturæ curioſis examinanda relinquimus) unde cùm *Philoſophorum Magiſter Ariſtoteles* doceat: *cor in homine primum eſſe quod vivat, idémque cor ultimum quod moriatur*, neceſſe erit dicere: cor nos à Parentibus & primigenios ſpiritus, & Parentes noſtros viciſſim à ſuis Patribus, & eâ ratione altiùs progrediendo ab Avis & Atavis vitam, cujus quasì nidulus cor eſt, quod *Horus Apollo* ambitum animæ appellat, accipere; quâ ratione optimè explicari poteſt, filijs communicata à Parentibus Nobilitas: vitalia enim, & præcipua humanæ fabricæ membra, ùt rerum naturæ peritiſſimi docuerunt, nunquam ex toto immutantur. Hæc ex occaſione libri illius, quem ante oculos dum hæc dictarem, habui, ſimul ut aliquando explicarem, quàm egregiè hallucinentur ij, qui Nobilitatem contemnunt, nihílque in ortu ſuo, quod laudari mereatur præ alijs, etiam viliſſimâ conditione natis accepiſſe docuerunt. Redeamus ad titulum, quem huic capiti præfixi.

In Hieroglyph:

Quomodo dici poſſit, Patres in filijs vivere.

Tres adhuc ſupereſſe *Bohemiæ* Familias video, quæ genus ſuum ad ſummos *Bohemiæ Principes* omnium *Genealogiſtarum* teſtimonio referre poſſunt:

Czerniniorum Illuſtriſſima Poſteritas ſub *Ottogaris* Regibus multis adverſis jactata, Patriâ etiam nonnunquam extorris, Ditionibus omnibus exuta, & ex ſumma fortuna & Comitum dignitate ad Equeſtrem Ordinem devoluta, & ferè ad incitas redacta (unde pagellus ille à *Czerninijs* ante trecentos ampliùs annos extructus *Chudienicz* nomen accepit) hodie tamen *Auſtriacorum Principum* benignitate veterem ſplendorem recepit, hanc ſtirpem ab *Henrico Regis VVladislai I.* fratre ortum habere demonſtrat noſtrarum Familiarum diligens indagator *Bartholomæus Paprocius*, ùt libro abhinc altero probabimus, quod etiam ex parte oſtenſum eſt Libro DE DUCIBUS & REGIBUS.

Ternæ Familiæ in Boh: ad vetuſtos Principes revocantur.

Dec. 2. l. 2.

Sſvvibovvios eandem Originem habere in confeſſo eſt, totius Nobilitatis noſtræ confeſſione, & diſertè docet idem *Paprocius*; *Stransky* quoque peraccuratus Scriptor in enumeratione *Bohemicæ Nobilitatis*: *Sſvvibovij* ait, *Przemyslæa* ſtirps &c. & *Crugerius* tractatu integro, cui titulum fecit: *Faſti Ryzmbergici* in M.S. apertè, & ut ita dicam, invictè ex *Theobaldo VVladislai II.* Fratre, nominatis omnibus Majoribus ortos eſſe demonſtrat.

Papr in Stem:

Slavatæ ex Zatecenſibus Ducibus orti.

Slavatæ ad ipſum *Przemyslum Stadicenſem*, Originem ſuam, virili ſemper & honeſtâ Sangvinis lineâ referunt, per *Lucenſem* ſeu *Zatecenſem Ducem VVratislaum*, quod tum ex vetuſtis *Curiæ Zatecenſis* Memorijs, quas citat *Artemiſius*, tum *Peſſina*, & quod caput eſt, Germanici & propè coævi Scriptores irrefragabiliter oſtendunt, quos omnes in ſequentibus libris, adducam; ubi etiam tabulam exhibebo, nominibus Majorum omnium à *Przemyslo* uſque ad Excell: Comitem *Joachimum Slavatam* recitatis. Ab his tribus Excellentiſſimis ſtirpibus plurimæ Illuſtres in Bohemia Familiæ per Matres deſcenderunt, ac proinde Principum noſtrorum Sangvinem participârunt.

Piaſtæa Familia Nobilitati noſtræ implexa.

Piaſtæum Regni *Poloniæ* Stemma in complures *Bohemiæ Familias*, partim quæ jam fato ſuo periêrunt, partim quæ DEI in gentem noſtram beneficio hodiéque ſuperſunt, influxit; quoſdam in exemplum referam, reliquos Originibus, quæ ſingularem tractationem expoſcunt, reſervabo:

Theobaldum Sſvvibovium ſibi jam reconciliatum *Przemyslaus Rex* in Sponſæ petitione adjuvit, & authoritate ſuâ, quâ valebat *Henrici Barbati VVratislavienſis Ducis & S. Hedvigis* Filiam impetravit, & Connubio junxit, ut narrat *Dubravius*, omnéſque cæteri Bohemiæ Scriptores.

Oſvieczimenſis Principatus ad *Cracoviam* ſitus ex *Piaſtæa* gente Principes habuit, ex qua *Ducali Familia*, tum tantùm Equeſtri Ordine contenti, ſed inter Equites ſplendidiſſimi *Trczcæ* de *Lippy* Conjuges habuerunt, uti & Domini de *Czaſtolovvicz Piaſtæis* Sileſiæ Principibus ſæpius per Conjugia implexi.

Quàm ſæpe in *Sſvvibovvios Piaſtæus* Sangvinis infuſus per Sileſiæ Duces fuerit, in Tabulis Genealogicis probabo.

Regis Georgij Sangvis in quaſdam Familias infuſus

Jam ad *Georgij Regis* Sangvinem veniamus: quem etiam communem cum *Regibus Ungariæ*, *Poloniæ*, atque etiam alijs *Electoribus*, ut *VVilhelmo Duce Saxoniæ* plurimi *Bohemiæ Barones* habuerunt. An: 1459. *Zdena* vel *Sidonia Georgij Regis Bohemiæ, & Cunegundæ à Sternberg* Filia, *Alberto Duci Saxoniæ* copulata legitur. *Henricus de Novadomo* Supr: Camerarius Regni Boh: in Conjugem adſcivit ſibi *Annam Hinkonis Ducis Münſterbergæ* Filiam, quæ Neptis fuit *Georgij Regis* per lineam Paternam, & per Maternam *VVilhelmi Ducis Saxoniæ*, unde editus eſt *Adamus de Novadomo* Supr: Cancellarius Regni Boh: per cujus Filiam *Slavatæ* hodierni Sangvinem *Regis Georgij & Electoralem Saxoniæ Ducum* naſcentes acceperunt. *Zavviſſius de Rozmberg* duas Regij generis fæminas in Conjugio habuit: Cunegundam *Ottogari Regis* viduam, quam amore decepit, & alteram *Gitkam Ladislai Ungariæ Regis* Sororem, ſed hæc Conjugia *Zavviſſio* indebitè

SaxoniæElectorũ Sangvinẽ Novodomæi habent.

ad

ad alta aspiranti, ut amat fieri, exitium attulerunt. feliciùs (quia non clandestinè, sed apertè gesta res) *Petrus de Rozmberg Rege Joanne* conscio, & lubente ante An: 1316. accepit in *Conjugem Violam Tesſinensis Ducis* Filiam viduam *VVenceslai* ultimi ex *Przemyslæa* gente, Regis.

Ex eadem *Familia Joannes de Rozmberg* A. 1454. accepit Conjugem *Annam* Filiam *Henrici Ducis Glogoviensis & Freistadiensis*, ùt Memoriæ *Monasterij Altovadensis* annotârunt, omnésque memoriæ veteres attestantur, hunc *Rozmbergicum* antiquæ Nobilitatis Sangvinem in Nobilissimam *Lobkoviciorum* Prosapiam infudit *Joannes de Lobkovitz Burgravius Prag:* ùt *Lupacius* in *Calendario* Historico meminit, his ipsis verbis: *Beatrix patrio sermone Bohunka gente Rozmbergensis, Conjux verò* Magnifici *Baronis Joannis à Lobkovvicz Fæmina lectissima A. 1557. decessit.* Ultimus hujus Familiæ *VVilhelmus* de *Rozmberg* quatuor omnino Conjuges, *sed steriles omnes in suo Conjugio habuit, Catharinam Ducissam Brunsvicensem, Sophiam* Marchion: *Brandeburgicam, Annam* Mariam March: *Badensem, & Polyxenam de Pernstein*, quæ ultima maritum cum tribus suis Uxoribus composuit in tumulo. Rosensium Conjugia altissimæ dignitatis.

Joannes de Hazmburg Annam itidem *Joannis Oppaviæ Ducis Sororem*, ultimam Familiæ An: 1461. accepit in Conjugem. De cujus hæreditate Principali multa inter *Duces Silesiæ* controversia agitata est. Hazmburgicorũ cũ Ducibus consangvinitates.

Cunstadæum Sangvinem in Familiam suam fæcundissimè derivavit alius *Joannes de Hazmburg* circa A. C. 1530. desponsâ sibi *Margaretâ Münsterbergicâ*; qua de re Memoriæ Monast: *S. Benignæ* Ord: Eremit: *S. Augustini* hæc tradunt: *Illustrissima ac ex Regia stirpe nata DD. Ducissa* Münsterbergensis, *Comitissa Glacensis D. Joannis de Hazmburg Supr: ac Hæreditarij Regni Boh: Dapiferi, Fundatoris hujus* Monasterij *Conjux extremum clausit diem &c.* utì & Berkarum.

Berkarum Illustrissima stirps, quam vicinâ cognatione *Regem Georgium* ejusque Sangvinem contigerit in Genealogijs explicabitur.

In summâ: nullam puto stirpem Baronalem, ut ità dicam, Dominorum quæ ex veteri *Bohemorum Familia* orta sit, reperiri posse, quæ à maximis Principibus per Matres, sæpe etiam per plures fæminas, non descendat, ut ex *Tabulis Genealogicis*, quas in sequentibus exhibebo, luce meridianâ clariùs innotescet. Nullus hoc loco obtendat plerasque hasce Sangvinis deductiones non virili, sed fæmininâ lineâ factas esse: quis enim ignorat Matres, æquè ac Patres Prolibus vitam cum Sangvine tribuere? quem Sangvinem ipsæ à Majoribus acceperunt, súntque plurimæ eruditionis Philosophi, qui nos plurima à Ma-

tribus æquè à Patribus in conceptu, & ortu accipere docuerint; ſed his tractandis hic locus idoneus non eſt.

CAPUT VII.

NOBILISSIMÆ IN IMPERIO ROMANOGERMANICO ſtirpes Bohemicam Nobilitatem ſemper habuerunt in pretio, ob eámque cauſam Conjugijs mutuis honorârunt.

Ciceronis prudentiſſ: conſilium.

AGam hoc capite quòd M. *Tullium* in accuſatione *C. Verris* feciſſe legimus; præteritâ enim oſtentatione admirabilis illius Eloquentiæ ſuæ, teſtes tantummodò furtorum & ſcelerum adduxit ab Judicibus audiendos, quâ arte peractus eſt reus *C. Verres*, damnatúſque, qui mutatis Judicibus, quos nummis corrumpi poſſe ſperaverat, Judicium evaſiſſet. Mihi infinitus, ut ita dicam, numerus Imperialium ſtirpium objicitur, quæ cum *Nobilitate noſtra* Sangvinem miſcuerunt, & Nurus ſuas, vel etiam noſtras aut dederunt, aut acceperunt in Conjuges; ſed ea res per Indicem conficietur, quæ alioquin impleret volumina.

Porrò pleroſque eorum omittam, quorum in ſequentibus Genealogicas (ut vocamus) Tabulas exhibebo, nè ſim Lectori meo ob rerũ multitudinem odioſus; niſi fortè in genealogijs ſint omiſſi; ità enim mediâ parte laboris ſublevabimur in tot Familiarum omiſſione, nullum etiam ordinem dignitatis (quod in toto hoc opere de Nobilitate faciam) tenebo: nulli enim penna mea præjudicium facere debet, ſed prout in Adverſarijs ſeu Notatis meis inveniam, eo ordine recitabo, ſine laudationibus & titulis rerum geſtarum.

Bucell. Tom 2. in Caſtell.

Eliſabeth de Caſtell Soror Wolffgangi. ⚭ Henrici Comitis de Guttenſtein circa A. C. 1482.

DeCaſtell: DeSchwartzenberg.

Mathæus Comes Schlik. ⚭ Cunegundis Baroniſſa de Schwartzenberg.

Bucell. Tom 1. fol. 104. De Limpurg.

Margareta Comitiſſa Schlickia. ⚭ Godefridi Baronis de Limpurg.

Udalricus Comes ab OEtingen. ⚭ Eliſabeth Baroniſſa de Cunſtad.

Ab OEting. *Bucell. fol. 108.*

Joachimus Comes ab OEting. ⚭ Dorothea Principiſſa Anhaltina.

ab Eberſtein. *Butell. T. 2.*

Georgius Comes ab Eberſtein natus 1512. ⚭ Walpurga Comitiſſa Schlickiana.

Anna

Anna de Rabenstein. ⚭ Hieronymi Baronis de Stauff. De Stauff.
Anna D. de Kragk. ⚭ Wolffgangi D. de Rogendorff. De Rogendorff.
Magdalena de Kragk. ⚭ Ulrici Com: de Schaumburg. *Bucell. T.2. in Kevenhill.*
Achatius Kevenhiller qui ✠ 1220. ⚭ Christiana de Sternberg.
Joannes Georgius Baro de Kolonitsch. ⚭ Ludmilla de Wrzesowicz. *Bucell. T. 2. in Kolon.*
Ursula de Pappenheim. ⚭ Francisci Wilhelmi de Talmberg nostrâ memoriâ. *Bucell. T.2.* Papenheim.
Henricus de Pucheim. ⚭ Sabina de Czernahora circa A. 1460. Pucheim.
Amalia de Pucheim. ⚭ Joachimi Sspanowshy ✠ 1509. *M. S.*
Joachimus D. de Pucheim. ⚭ Anna Domina de Seberg. *M. S.*
Ernesti de Seberg, & Catharinæ ab Eitzing filia. *M. S.* *M. S.*
Christophorus Comes Fürstenberg. ⚭ Dorothea Domina de Sternberg Holiczky.
Georgius Marcescallus de Pappenheim circa A. 1482. ⚭ Praxedes de Rabstein. *Bucell. T. 2.*
Godefridus Henricus Comes de Pappenheim summus Belli Dux alter sui sæculi Alexander. ⚭ Anna Ludmilla Baronissa de Kolowrat. ✝
Elisabeth Baronissa de Rogendorff nata 1533. ⚭ Joannis Wilhelmi Popelij D. de Lobkowicz. *Bucell. T. 2.*
Barbara Rechlingeriana. ⚭ Wenceslai de Trobacz Bohemi. A. 1520.
Margareta Barbaræ Soror. ⚭ Michaëlis de Weitmil. *Tom. 2.*
Godefridus Pincerna Limpurgius. ⚭ Margarita Comitissa Schlickiana.
Philippus Comes de Mansfeld. ⚭ Margareta Popelia de Lobkowicz ex qua Mansfeldij hodierni. Mansfeld, Hardck.
Laurentius ab Hoffkirchen. ⚭ Elisabeth Popelia de Lobkowicz. *Bucell. T. 2. fol. 105.*
Henricus Comes ab Hardek. ⚭ Elisabeth de Rozmberg.
Mariana de Waldstein. ⚭ Andreæ Teiffl. *Ibid.*
Maria Filia Helffrici Baronis de Kainach. ⚭ Alberti Domini Krzineczky.
Catharina Mariæ Soror. ⚭ Joannis Krzineczky.
Ursula de Salms. ⚭ Christophori Burgravij de Dona.
Philippus Comes de Salms. ⚭ 1. Maria Sabina Popelia de Lobkowicz. ⚭ 2. Eva Maloweczianа quæ postea nupsit D. Wilhelmo Juniori de Talmberg, ex qua Joannes Baro de Talmberg superstes. Salmis.
Regina Schenkiana de Winterstetten. ⚭ Georgij Chanowsky A. 1590. *Memoria M. S.*
Magdalena ab Ehingen. ⚭ Casimiri Chanowsky Equitis.

Sophia Gagerin. ♆ Andreæ Robenhaubt.
Anna Berkiana. ♆ Caſpari Comitis de Lodron.
Joannes Georgius ab Heiſſenſtein. ♆ Catharina Berkiana.
Ladislaus Popel de Lobkovvicz. ♆ Benigna de Stahrenberg.

Stahrenberg. Loſſenſtein.

Bohuslaus Gallus Popel à Lobkovicz. ♆ Magdalena de Stahrenberg.
Anna Maria de Stahrenberg. ♆ Buriani Ladislai Comitis de Waldſtein.
Hartneidus Dominus de Loſſenſtein. ♆ Joanna de Lomnicz.
Chriſtophorus Rabenhaubt. ♆ Genovefa de Loſſenſtein.
Alvicus Comes de Sultz Colonellus bello clariſſimus ipſi Victoriæ immortuus A. 1632. ♆ Ludmilla Catharina Popelia de Lobkowicz.
Henricus Comes Schlik. ♆ Hippolyta Com: ab Hohenloe.

Genealogia Schlickiana. Welſeri.

Henricus Comes Schlik. ♆ Catharina Com: à Gleichen.
Anna Sezyma de Hradek. ♆ Georgij de Mämming.
Georgius de Janowicz. ♆ Margareta de Laubenberg.
✝ Regina Welſerina. ♆ Alberti Baronis de Kolovvrat. hæc Regina Soror fuit Philippinæ, quæ fuit Uxor Ferdinandi Archiducis Auſtriæ Filij Ferdinandi I. Imp.
Maria Salome Wetzleriana de Marſilio. ♆ Friderici Ludovici Chanowsky Colonelli Regis Galliarum noſtro tempore.
✝ Joannes de Wolckenſtein. ♆ Benigna Catharina de Kolovvrat, ex qua multæ Proles.
Henricus Comes Schlick. ♆ Anna Maria Comitiſſa de Salmis & de Neüburg.
Michaël Adolff Comes ab Altheim. ♆ 2. Eva Eliſabeth de Sternberg multarum prolium Marer.
Paulus Sixtus Trautſon Com: Eq: Aur: Vell: ♆ 2. Anna Popelia de Lobkowicz.

ab Ortenburg. Fürſtenberg.

Burian de Guttenſtein. ♆ Sidonia Comitiſſa ab Ortenburg.
Joannes D. ab Eylenburg. ♆ Anna Domina de Auſti.
Wilhelmus Comes de Fürſtenberg. ♆ Polyxena de Lobkowicz.
Joannes Wilhelmus de Sſwamberg. ♆ Eliſabeth de Rogendorff.
Ladislaus Popel de Lobkovvicz. ♆ Magdalena Comitiſſa de Salmis.
Joannes Chriſtophorus Comes de Heiſſenſtein. ♆ Anna Maria de Sſwamberg.
Conradus de Kragirz. ♆ Creſcentia de Stubenberg.
Wilhelmus Baro de Kragk. ♆ Paula de Freinſperg.

Abun-

Abundus Comes Schlick. ⴵ Agnes Comit: Lipiæ.
Adamus Slavata. ⴵ Sibylla Comitissa Mansfeldia.
Ferdinandus Comes Schlick. ⴵ Anna Susanna Mansfeldia.
Zdenko I. de Waldstein. ⴵ Sidonia de Ssaumburg Comitissa Holsatiæ. de Schaum burg.
Sigismundus de Wartenberg. ⴵ Hedvigis Ducissa Glogoviæ & Sagani.
Joannes Georg: de Wartemberg. ⴵ Sabina Palatina in Sultzpach cujus Pater Otto Henricus Palatinus & Dorothea, Filia Christophori Ducis Wirtembergici. M. S.
Joannes Albertus Krzineczky. ⴵ Maria de Ranach.
Margareta de Rabstein. ⴵ Henrici Notthafft de Wernberg.
Rudolfus Comes de Trautmansdorff. ⴵ Anna Maria Filia Hartmanni Principis de Liechtenstein. +
Mechtilda Schenckin de Sswinsberg. ⴵ Alberti de Sswamberg. *Lib: Hastitudior in II.*
Henricus de Novadomo. ⴵ Magdalena de Gleichen.
Adamus de Sternberg. ⴵ Maria Maximiliana de Hohenzollern. *Hohenzollern.*
Jodocus Hoslauer. ⴵ Catharina de Widtpach.
Georgius Adamus de Martinicz. ⴵ Felicitas Com: de Spaur.
Catharina Berkiana de Duba & Lippa. ⴵ Caroli Principis Münsterbergensis.
\+ Elisabeth de Cunstad. ⴵ Nicolai Bezdruziczky de Kolovvrat.
Henricus de Novadomo. ⴵ Anna Principissa Münsterberg.
Bohuslaus de Seeberg. ⴵ Margareta de Cunstad ante An: 1463.
Joannes Maximilianus Comes de Lamberg Eq: Aur: Vell: ⴵ Judith Rebecca Comitissa de Wrbna.
Zdenko de Kragku. ⴵ 2. Elisabeth de Bibrstein ex Lusatatia. De Bibrstein.
Vitus Albertus de Pucheim. ⴵ Elisabeth de Kragku nata 1543.
Sigismundus de Tiffenbach. ⴵ Bohunka de Zierotin.
Apollonia de Zierotin. ⴵ 2. Henrici Wenceslai Comitis de Turn in Letovvicz.
Bernardus de Ssvamberg. ⴵ Catharina de Ssönvvald. *ex Tab. Regni.*
Putha de Czastolovicz. ⴵ Euphemia Dux Münsterb:
Joannes Rzepiczky de Sudomirze. ⴵ Catharina Domina de Eckertzau. *Lazius.*
Joannes de Guttenstein. ⴵ Margareta D. de Waldpurg.
Wenceslaus de Lobkovvicz. ⴵ Anna Comitissa de Fürstenberg. Maria Filia Cæs: Henrici.
Wilhelmus de Kaunicz. ⴵ Maria Henrici Cæs: Filia. In M. S.
Wenceslaus de Mezerzicz. ⴵ Anna Comitissa de Salm.
\+ Albertus Libsteinsky de Kolowrat Comes. ⴵ Sabina Victoria Comitissa de Wolckenstein.

✗ Franciſcus Carolus Libſteinsky de Kolovvrat Capitaneus Moraviæ. ♆ Iſabella Clara Cæcilia Comitiſſa de Nagarolle.

Tab. Regni. Hugo Comes de Leiſnek. ♆ Amabilia Sſvvihovvskia de Rozmberg.

Anna Maria de Sſvvamberg. ♆ Soldani de Wirſperg.

Joannes Albinus Comes Schlik. ♆ Joanna Domina de Wildenfels.

Rantzau. Georgius Boren vel Borinie. ♆ Catharina de Rantzau ex Ditmarſia.

Gulielmus ab Oppersdorff. ♆ 2. Suſanna Comitiſſa ab Hardegk.

Georgius Comes ab Oppersdorff. ♆ 2. Eſther Comitiſſa de Meggau.

Adolfus Erneſtus Comes Chinsky. ♆ Eliſabeth Maria à Killegrew Anglicæ Nobilitatis.

Wolff Kokorzowecz de Kokorzovva. ♆ Ludmilla de Minkwicz.

Chriſtophorus de Raupovva. ♆ 2. Catharina de Bibrſtein.

Ferdinandus de Lokſan Dominus in Brzeznicz. ♆ 2. Urſula Ssvvihovvkia de Ryzmberg.

Wolff Comes de Montfort. ♆ Anna de Lobkovvicz.

Montfort. Georgius Dominus de Minqvicz. ♆ Siguna de Raupova.

De Plawē, & de Anhalt. Joannes de Reiczenſtein. ♆ Helena de Witzenſtein.

Bohuslaus Felix ſenior de Lobkovicz & Haſſenſtein. ♆ 1. Margareta de Plavven Principiſſa cujus Mater fuit Principiſſa de Anhalt. ♆ 2. Anna Wicztumbiana.

de Lara. Bohuslaus Junior de Lobkovvicz & Haſſenſtein. ♆ Anna Rederiana Baroniſſa.

Wratislaus de Pernſtein. ♆ Maria *M*aximiliana *M*anriquez de Lara ex Grandibus Hiſpaniæ.

Henricus de Cunſtad. ♆ Barbara de Eyczing.

Ex Iſſenburgica ſtirpe: Anna Filia Antonij Comitis Iſſenburgis & Annæ Comitiſſæ de Vidthe, neptis autem Antonij *C*omitis Iſſenburgij, & Amaliæ *C*omitiſſæ de *M*einech, uxor fuit Domini de Pernſtein, ut in Tabulis Pernſteinijs dicetur. Porrò Soror fuit hæc Georgij & Wolffgangi & Henrici Iſſenburgici & Sibillæ & *C*atharinæ, quarum prior uxor fuit Sigiſmundi Kirchbergæ Domini; altera in conjugio vixit Comitis Salmæi.

De Iſſenburg.

Ex Querfurtijs: Protzo uxorem habuit Agnetem, circiter Annum 1405. ad 1433. horum Filia Agnes conjux fuit Wenceslai de Bibrſtein ab A. 1455. uſque ad 1490.

Caſparus Ulricus Comes *Rainſteinius*, Uxorem habuit ex Bohemia

mia de Budovecz, tres istæ Familiæ, *Pernstein*, *Bibrstein*, *Budovecz*, magnam Sangvinis conjunctionem Bohemis Proceribus attulerunt, ut videbis postea in Stemmatographia. Hæc autem ultima descripsi ex *Andrea Hoppenrod* in Saxonico Stambuch, præcipuè folio 78.

CAPUT. VIII.

NOVUM PROBATISSIMÆ & OBRYZÆ NOBILITATIS in vetere Bohemia Argumentum, ex vicino & glorioso Regno Poloniæ petitur, in quod à nobis plurimæ & Nobilissimæ stirpes immigrârunt, ibidémque receptæ togâ & sago summam illi Regno gloriam attulerunt.

NEscio profectò, quod extra Bohemiam illustrius decus & Nobilitati nostræ gloriosius esse possit, quàm vicina in Regnó Poloniæ quæ probatissima & sincerissima habetur, Nobilitas: nam ut taceam ab iisdem Fratribus tribus *Czecho* & *Lecho* & *Russo* prodijsse Majores nostros, ac proinde Czechos, Lechos, Russos, *fraternas gentes* appellari posse, quantum, DEUS bone! continet laudis argumentum, quòd Bohemia plurimas ex Nobilitate sua magnanimas, & illustres Procerum, Senatorum Regni, tum Equitum militares stirpes in Poloniam immiserit? hæc gloria soli antiquæ Bohemiæ attribui debet, quandoquidem antiquitus gesta res est, non hodiernis temporibus, cùm pessimâ inclinatione ætatis nostræ miscentur omnia, & *utile* non modò *dulci*, ut cum Poëta loquar, sed etiam *honesto* & *glorioso* præponderat; [In Poloniā à nobis migravit Nobilitas.]

Scilicet Uxorem cum dote, fidémque & Amicos
Et genus & formam Regina pecunia donat. [*Horat. L.* 1. *Epist.* 6.]

Memini me primis Miscellaneorum libris tum etiam Lib. 2. D. 2. allatis exemplis demonstrâsse omnes propè Religiosos Ordines, imò ipsam Christianam Fidem in amplissimum Poloniæ Regnum ex Bohemia duxisse colonias, non minùs gloriosum esse puto, insignem Nobilitatis Polonæ numerum in illud Regnum infusum à nostris, quod toto hoc capite brevissimè (ut nuper, dum Nobilitatem Germaniæ, nostræ conjugijs implexam docerem) per Indicem demonstrabitur. [Rosenses intrant Poloniam.]

Rosarum Principalem, ac penè Regiam stirpem, ex Poragio S. Adalberti Fratre in Poloniæ Regnum infusam omnes, tam Poloni, quàm nostri Scriptores uno ore testantur; hâc unicâ notâ distinctam, quòd candidam Rosam gerant in clypeis, qualem scilicet ex Bohemia Poragius attulit. Nos & albam, & rubram, & auream, & cærule- [*Cromer. Paproc. Okolsky. Miechovv. V. Syntag. de Rozmberg.*]

Paproc. in Spec. Mor. c. 32.
Roſæ coloribus differentes apud nos.
Cromer. hiſtor. Pol. L. 20.
Papr. Stemmat. c. 2. Spec. Mor. c. 32.

am, & nigram, ut poſtea dicam, habuimus: nam *Slavnicum* S. *Adalberti Patrem* Henrici I. Aucupis nepotem roſas coloribus diſtinctas inter Filios diviſiſſe Paprocius eſt Author, qua de re latiùs poſtea diſputabitur. Ex hac igitur Nobili ſtirpe tres Fratres Poloniæ dedimus: S. Adalbertum, S. Gaudentium & Poragium, ex cujus poſtremi inclyta Proſapia multi Eccleſiarum Antiſtites, quos enumerat Paproczky, prodiêrunt: ut *Michalovios* taceam, quos Cromerus *gente Roſeos* appellat, ut *Koroſvecios*, *Buzenskios*, *Dambrovios*, quorum illuſtria facinora in Annalibus gentis leguntur, facilè quinquaginta Illuſtres Poloniæ ſtirpes nominatim recitant citati Authores, quos hîc referre ſupervacaneum puto. Vide Paprocij Stemmatographiam Bohemiæ, & Speculum Moraviæ, in quo aſſerit Archiepiſcopos, & Abbates facilè triginta in Poloniæ Regno ex hac ſtirpe ortos nominari poſſe. Si vel hanc unam ſtirpem Poloni à nobis accepiſſent, juſtum haberemus gloriationis argumentum.

Pernſteinij

Pernſteiniorum apud nos celebris eſt memoria, qui ante tria facilè ſæcula ex Moravia in Bohemiam advenerunt, & maximis honoribus, & Officijs Regni admoti præclaram in Patria ejuſque legibus & moribus tuendis operam navârunt. Poloni Scriptores (quibus ego facilè ſubſcribo) jam ſub Boleslao Sævo A. 965. inter Proceres Bohemos numeratos eſſe *Prſtenios* eo tempore appellatos, quòd annulum in naribus Uri ſplendentem geſtarent in Clypeo (*Prſten* enim annulum ſignificat) commemorant, nominántque *Philippum Prſtenium* apud *Boleslaum* (verba recito Okolsky) *primum Bohemiæ Regem militiæ clarum Aulici & Senatoris dignitatem præferentem, Chriſtiani nominis promotorem & cultorem, qui Mieczislao I. Principi Poloniæ Filiam Dambrovvkam in Poloniam adduxit, quem Dambrovvka ad negotia ſua in Regno commodiùs in Religione & Fide tractanda penes ſe retinuit; nullum enim reſtat dubium aliquos, & præcipuè ex primoribus Bohemis, quos Dambrovvcæ Parens & Rex dederat in majorem confidentiam in Polonia retinuiſſe.* Ex hac Familia prodiêre *Comites Leſſczinsky*, *Goluchovvÿ*, *Miezikÿ*, *Dlugoſſij*, pluréſque aliæ ſuperſtites Procerum ſtirpes facilè vicenæ, quas idem *Okolsky* enumerat, Illuſtres verò *Leſſczinskios* invenies laudatos apud *Paprocium* in Speculo Moraviæ, at qui apud Polonos gladium per caput nigrum Uri ad dextrum cornu adactum geſtitant ſine circulo ex naribus dependente, etſi à *Perſteinÿs* deſcendant, tamen ob pœnam (ut ſatis indicat *Okolsky*) fratricidij, ijs ornamentis ſunt ſpoliati, additáque illis manus armata ſuper galeam, ut in eam rem citans Dlugoſſium ſub armis Pomian, Okolsky inſinuat, quos etiam ex Bohemia olim prodijſſe omnes agnoſcunt, ut infrà dicetur.

Okol. in Orbe Pol. Tom 3. in Wienavitis.

Peſſiky Equeſtre apud nos genus, ſed perantiqvum in Poloniam quoque tranſiiſſe à nobis ex Clypeo facilè cognoſcitur, cujus gentis Originem fatetur ſe neſcire *Okolsky*, ſed Matrem S. *Stanislai* Martyris *Benignam* nomine ex hac gente prodiiſſe tradit ex Catalogo Epiſcoporum Cracovienſium ad A. 1071. Peſſiky. *Okol. T. 3. in Zlotokolenczik.*

Zarembas Illuſtre & per antiqvum genus ex Bohemia in Regnum Poloniæ immigrâſſe, qui apud nos Zarubæ vocantur. diſertè affirmat Paprocius, laudátque Illuſtres ejus Familiæ Viros Okolskius ſexdecim alijs ſtirpibus magni nominis adductis, qui ad hanc radicem in Polonia ſeſe referunt. Zarembeæ. *Papr. in Fa mil. Boh. in Bar. c. 30. Okols. T. 3. in Zarembis.*

Lazansky apud nos Comites itidem cum Dambrovvka, ut antè dixi, in Polonia Familiam ſuam plantârunt; id alio modo & tempore contigiſſe narrat Okolsky: *ex Polonis miles quidam Polonus Oſória dictus in Bohemiam venit, cui tanquam præſtanti militi Nobilis Bohemus Filiam in Conjugem cum numerosa poſſeſſione obtulit. Hîc cùm in Patriam redire deſiderat, retinetur: aut ſi diſcedere velit, bona ſua in Bohemia remanebunt. Mobilibus igitur bonis divenditis, & ſtabilibus quomodocunque oneratis, quò ſecuriùs iter faciat, aurum effoſſis foraminibus in curru & rotis abſcondit, atque eo modo ſecurus in Patriam venit, qui ubi bona plurima ſibi in Regno & Patria comparavit, petijt in Inſigne rotam ornatam cruce & gladio quaſſato, cui Rex, ut ſtrenuo & probato militi atque ſuæ Patriæ bene affecto facilè conceſſit.* Hæc ille, octo ſtirpes ex hac origine deducens, at longè probabiliùs Paprocius in ſpeculo Moraviæ cum *Dambrovvka* arma gentilitia *Lazanskiorum* illata in Poloniam eſſe docuit, qua de re in Stemmatographia agemus. Lazansky in Poloniã migran. Dambrowka. Bohuchwaldij.

Habdanckiorum ſtirps Illuſtriſſima, quæ W. majus iteratum & inverſum præfert cum noſtris *Poſadovvskijs, & Bohuchvvaldijs de Hradek* & colore & clypeo convenit, unde patet aut illos à nobis aut noſtros ab illis originem accepiſſe, eorúmque ſtirpes fæcundiſſimas plures vicenis enumerat Okolskius, quas inter nominatiſſima ſtirps *Konarskiorum.* *Okol. T. 1. in Habdank.*

Comites *Bilinæi* Bilinæ Domini diu ab omni antiquitate apud nos inter Proceres eminuerunt, ædificatâ etiam Civitate Bilinâ, unde dicti Comites de Bilina, ex quorum poſteris Koſſal Conjugio Bilæ Sororis Lybuſſæ dignatus eſt, ut narrat Hagecius. In Regno Poloniæ Bilinæi, ſeu Bielinæi hodiéque perſeverant cum ijſdem omnino Inſignibus, & ad noſtros Bielinios referuntur à Paprocio; Okolsky vicenas duas Polonorum Equitum ſtirpes nominat, quæ ad Bielinæos ſuam referunt Originem. Bilmæi. *Hagek A. 747. Papr. in Fa mil. Boh. in Bar. Proſſkov. Okol. T. 1. in Bielin.*

Bibrſteinios communes habuimus; noſtri Patrum memoria periêrunt, Bibrſteinii

Wrssowecij. rierunt, Poloni fæcunditate mirabili octo facilè stirpes sub diversis nominibus, quæ hanc originem respiciunt, adducere possunt.

VVrssovvecij nostri, quos ex Bohemia in Poloniam immigrâsse, omnes Polonorum Historiæ docent, multâ & magnâ Nobilitate gloriosum illud Regnum Polonicum impleverunt, ut videre est in *Paprocio*, & *Okolskio* quatuordecim stirpes diversis tamen nominibus Paprocius recitat, quæ à Wrssovvecijs in Polonia sint plantatæ.

Papr. in Equ. Boh. c. 2.

Branicij. *Branicziorum* Familiam ex Bohemia in Regnum Poloniæ illatam, quæ defendicula, ut vocant *Bohemica*, gestat in Clypeo existimat Okolskius; eg nullam cum ejusmodi clypeo in Bohemia Familiam invenio, necunqnam inveni.

Okol. T. 1. in Btonicz.

Mutinæ. Drias seu Mutinas, qui tres gemmas coloris flavi in clypeis gentilitijs ferunt ex Burgundia per Bohemiam in Regionem Poloniæ venisse Okolskius testatur, *cum milite*, inquit *Mutina dicto*, *Bohemorum historiæ Germanos duos Comites VVilhelmum & Germanum nominant* A. 1264. In Bohemia nostra nulli propiùs ad hunc clypeum accedunt, quàm Equites antiquissimi *Mladotæ de Solopisk*, & Equites, quos vocant *Mirkones*, præter quòd pluribus lapidibus & gemmis eorum clypeus militaris distingvatur, sed eodem prorsus ordine. S. Bernardum in Burgundia ex his armis originem duxisse existimat *Okolskius*; quod addit Historiam, Bohemiæ id referre, nescio quam intelligat.

Mladotæ. Mirkones.

Zolacz. Qui ramum Quercinum cum tribus glandibus ferunt in clypeo, venisse primitus ex Bohemia A. 1518. scribit *Okolskius*, & nominat Authorem Ducem Pragensis exercitûs *Procopium Zolacz de Prazicze*, qui Cracoviæ Uxorem duxerit, ac fratres suos in Poloniam advocârit, citátque ejus Epitaphium, cui credere oportet, etsi nullum ejusmodi nomen unquam audiverim. Plures militari virtute præstantes Duces ex hac stirpe adducit ibidem.

Ok: in Dub. Tom. 2.

Glaubicij. *Glaubicij* communes sunt nobis, & Polonis, habitârunt in Comitatu Glacensi, quorum ditiones emit *Ernestus* primus Archiepiscopus Pragensis ut in ejus vita narravi.

Okol. T. 3. Vita Ernest. I.

Kostka. *Lipskios* & qui illorum arma ferunt (scilicet Rastrum albi coloris cum septem dentibus) certissimum est ex Bohemia venisse, ut *Okolskius* Dlugossium referens, ostendit sub Wenceslao Rege Bohemiæ ad Petricoviam in Polonia consedisse, & quindecim eorum stirpes enumerat. Talem clypeum Kostkarum apud nos Illustris Familia ferebat, eúmq; passim in sepulchris spectamus.

Okol. in Grabie T. 1.

Fulsteinij. *Fulsteinij* sive Herburtij & in Bohemia, & in Silesia, & in Polonia honorati vixerunt Majorum ætate; quæ ex his eorum prima Patria fuerit ignoratur.

Ex

Ex *Korczakiorum* Familia eorum videlicet qui tria flumina ac superius scyphum ferunt, ut apud nos *Slavatæ*, multos præstantes Viros habet Polonia, qui etiam *Karaffæ* vocantur, de his plura in Slavatis dicentur. quinquagenas & ultra hujus Familiæ stirpes etiamnum superstites nominat *Okolsky*, sed cui Rego adscribam eorum originem, dicere non possum. *Okol. T. 1. in Korczak.*

Corvinorum Familia, quæ corvum nigrum, ore annulum aureum tenentem in Insigni præfert, Bohemis pridem nota fuit, apud nos *Hradiczky* vocabantur, apud Polonos diversis nominibus appellati sunt; celeberrimum est nomen Poëtæ *Kochanovij*, qui ex hac stirpe ortus est, ut *Sarnicius* ostendit. Hradiczky *Sarnic. l. 7. apud Okol. T. 1.*

Bechinie de Lazan alijsque plures apud nos tres carpiones gestant in clypeo, & vetustissima est eorum in Historijs nostris mentio, unde in Poloniam descendisse credendum est, fatetúrque *Okolskius* aliunde in Poloniam advenisse. Bechinij.

Pennas struthionum multæ Equitum Familiæ apud non gestârunt, & gestant in Clypeo, itidem apud Polonos Konczicij; *Fratres armorum*, si non Sangvinis, sinè dubio dici possunt.

Sſvvambergicam Familiam communem originem cum Wolscijs habere certum est; à Petro Duninio ex Dania ut Paprocky & post eum Okolsky probârunt, descendêre. Sſvvambergij. *Papr. in Fam. Boh. Okol. T. 2. in Labut.*

Ex Silesia in Poloniam à Comitibus *VVrbnæis* Clypeum liliatum illatum fuisse Okolsky fatetur; Bohemia quoque Equitum stirpem habuit, quæ lilia eodem propè ordine gestaret, súntque eriam hodie alij, qui eodem clypeo gloriantur, quorum origo est in incerto. wrbnæi. *Okol. T. 2.*

Fuit antîquissima apud nos Familia *Kurkarum*, quæ in Poloniam prioribus sæculis ingressa est, ut in Bohemica Familia *Kurkarum* asserit *Paprocius*, ex his invictus ille Heros, & patriæ vindex *Czarneczky* prodijt. Ex hac eadem Familia latissimè in Polonia diffusa Illustres heroas, & stirpes plures quàm tricenas nominavit *Okolskyus*. Kurka. *Papr. in Equ: Okol. T. 2. in Lodia.*

Familia *Odrovvanskia* quæ sagittam barbam perforantem gestavit, unde nomen natum est, in Regnum Poloniæ cum Dambrowka Bohemiæ Ducissa venisse *Okolskius*, & qui eam Familiam primus intulit Saulum vocatum esse fatetur, ex qua etiam Familia postea prodijt B. Ivo Cracoviensis Episcopus imò & S. Hyacinthus, & Frater ejus Ceslaus; enumerat omnes Illustrissimas stirpes Okolskius, numerum vicesimum quartum superantes, quorum aliqui ad dignitatem Comitum sunt evecti, ut *Andreas Comes* Odrovvancius bellator & Dux præstantissimus. Idem *Okolsky* Sauli filios recensens: *Ivanus* inquit, *quartus Sauli Filius. est enim in Bohemia propè Pragam S. Ivani Eremitæ sepulchrum in quodam specu, ubi plurima miracula per intercessionem* Odrovvansky. *Okol. T. 2. in Odrovvans.*

H *hujus*

hujus Sancti fiunt, quapropter Bohemi patrociniy illius gratiâ nomen, Ivani assumebant; Ivanus ergo fuit unus Filiorum Sauli sicut demonstrant Catalogi, & literæ Monasterij claræ Tumbæ. ab isto descendunt Odrovvancij de Sprovva potentes, bellicosi, pij, divites, prudentes, & Patriæ maximi defensores. Hæc Okolsky loco citato. apud nos appellati sunt Domini Mraczky de Duba, quorum ultimum in prælio Jancoviensi pro Cæsare pugnantem occisum, novimus; alij etiam Bavorij vocabantur; in Silesia Kravarzij, Sedlniczky, Lassotæ, & si qui alij sunt, ex eadem stirpe prodiêrunt. Rursus alio modo positam sagittam *Okolsky* adducit, ejusque Familiæ stirpes nominar plures sexaginta, quas ab Odrovvanskijs putat descendere, sed ea res patitur difficultatem, cùm sagittæ cuspis aureo annulo conjungatur & circumscribatur, unde alia arma, non Odrovanskiorum esse videntur.

Wrssovecij. Familiam Okssam (quam superius Axam vocaverat) Okolskius ex Bohemia coloniam duxisse, & ex ea Nancerum Episcopum Cracoviensem, postea Wratislaviensem ortum traxisse docet, nominátque Okssiciorum viginti stirpes ex Bohemica Familia Wrssoveciorum descendentes.

Familiam Ostrzew, aliàs Pien dictam Polonis, ex Bohemia ortum habere & à Dominis de Lippa descendere affirmat *Okolskius*; quod mihi omnino improbabile videtur, cùm eos nunquam Lippæi, qui in tanta luce utriusque Regni vixerunt, pro Patruelibus suis agnoverint, & arma gentilitia prorsus ab armis *Lippæorum*, *Berkarum*, *Krzineczkiorum* differant, ut inspicienti patebit. Itidem lapsus est in Origine sæpe citatus *Okolskius*, cùm in Familia *Ravvicz VVrssoveciorum* originem ex Anglia repetit, & *Ravitas* à Fluvio *Rava* appellatos, quòd ad eum Fluvium ditiones haberent affirmat; hoc certum, illud prorsus falsum: nam alij omnes authores *VVrssovvecios cum Czecho* in Bohemiam advenisse, postea, quòd insidias Ducibus Bohemiæ struerent, in Poloniam pulsos abijsse, docuerunt, præcipuè Cochanum *Ravvitam*, quem ipse authorem stirpis fuisse putavit; imò adeò ipsemet Okolsky alio in loco agnoscit in Wrssovecijs Bohemicam Originem. Vide Paprocium, hæc longè diligentiùs tractantem. Porrò *Ravvitarum* Familiæ sexaginta tres apud Polonos supersunt, quæ omnes genus suum ab eadem Origine accersunt, sed quædam earum Insignia, nescio qua de causa, mutârunt, & Ursum ferunt, cui Virgo insidet coronata expansis manibus in campo aureo, qualia arma ferunt apud nos *Czertoreyskij*, quos non dubito ex Polonia venisse.

[Margin notes: Lippæi an sint in Polonia. — *Tom. 2.* — *Papr. in Boh. Fam: c. 1.*]

Biessinij. *Rogalas* qui duo cornua alterum cervinum cum quinque ramis in dextra parte in campo rubeo, alterum bubalinum in campo albo, ad Bibrsteinios idem Okolsky refert, qui ex Germania prodiêrunt; sed

sed luculenter falli eum Insignia Biessiniorum ad oculum demonstrant, qui vetustissimæ stirpis Equites apud nos eadem vel simillima Insignia gestant in Clypeo, cùm Bibrsteinij nihil simile præferant, nihilque præter cornu gerant in Clypeo, imò Bibrsteinij non cornua, sed ramum coralliorum, ex quo duo vel tres globuli coralliorum decidunt, in clypeo exhibeant, quod in Bibrsteinijs docuit Paprocius. Rogalarum stirpes duodecim omnino in Polonia superesse etsi sub diversis nominibus, ostendit *Okolsky*. *In Bibrst: Okol.inRogal. Okol.T.3.in Salamandr*

Equites *Chrankovvios* in Bohemia originem dedisse quatuor Stemmatibus, qui Salamandram gerunt in clypeo, & Salamandræ vocantur, author est *Okolskius*; nos de eâ stirpe nihil dicere apud nos habemus, quamvìs in confinibus Bohemiæ bona quædam quæ Chrankova vvola dicuntur possedisse affirmet. Klenovvsky.

Klenovij vetus & splendida Familia in plurimos ramos hodie diffusa à primo Czechi in Bohemiam ingressu inter Equites eminuit, ut suo loco dicetur. Splendorem hujus generis agnoscimus, quòd Arces, Castra, Oppida, Urbésque plurimas ab ijs conditas, quas inter *Clatovia* hodie Urbs Regia censetur, nominare possimus; habet hæc stirps pro Clypeo militari tabulam scachidis rubris & albis, aut aliorum colorum segmentis distinctam; diffusio Familiæ quæ in Bohemia reperitur, etiam ipsa argumentum præbet potentiæ; sed ut ad propositum redeam, in Polonia multas ex hac illustri stirpe Familias invenio; apud *Okolskium* vicenæ duæ de nomine leguntur. *Okol. T.3.* Wrzesovveczij.

Szeligas cum nostris *VVrzesovvecijs* in clypeo convenire videmus, nisì quòd super galeam & coronam illi caudam Pavonis, nostri iteratò lunam cornibus sursum obversam gestitent, & campũ sangvineum depingant; Nostri connaturaliùs lunæ quadrantem in cæruleo campo ostentent, ut facilè vel hos ex Polonia ad nos venisse, vel illuc colonias à nobis deduxisse, suspicari liceat. Quarum viginti octo Generosissimas stirpes, toties citati Polonici Scriptores, adducunt, de nostris agemus suo loco. hujus Illustris apud Polonos Familiæ Proceres habentur, quorum gloriam (scilicet *Tarnoviorum Comitum*, *Granoviorum*, *Seniaviorum*) latissimè describit Paprocius in Spec: Mor. c. 1. part: 2. in *Pavvlovvijs*, qui itidem hac stirpe processerunt. Sternbergij.

Sternbergios Proceres, quos Poloni *Golskios & VVolskios* nominant, Bohemicam Originem habere, & Paprocius, & Herburtus, & Okolsky consentiunt, & planum est ex clypeo, qui stellam octo radijs lucentem in campo cœlestis coloris exhibet, narrátque Okolskius ad Olomucium reportatam ab Jaroslao Sternbergio Victoriam, quàm à nostris Sternbergijs obtentam dubitare non possumus, & Genealogicâ demonstratione probamus.

Bohuchvvaldij. *Tom. 3.*

Jam ſuperiùs Habdanckios in Bohemia fuiſſe retulimus; etiam Syrocomias eorúmque duodecim Familias Illuſtres enumerat idem ille Okolskius, ſolâ cruce, quam Reges illi ob duellum quoddam addiderunt, differentes; ex quo apparet quàm Habdankiorum Illuſtriſſima proles Bohemiæ noſtræ olim notiſſima, hodieque in Polonia diffundatur.

Raſchinij.

Raſchinij apud nos militaribus factis inclyti in Polonia fratres armorum, imò Patrueles & Sangvine cognatos, nihil armis gentilitijs differentes, habent. quos Poloniæ Scriptores *Strepas* aut *Strzemie* appellant, eorum numerum grandem *Okolskius* adducit, viginti octo numerantur in Polonia Illuſtriſſimæ ſtirpes, de noſtris dicemus poſtea.

Okol. T. 3.

Arma quæ à Pyrn dicuntur ex Bohemia originem dixiſſe affirmat idem Simon Okolsky, *qui in Regnum Poloniæ circa A. 1442. appulſi obſequia in Caſtris, & Regali Aula reddiderunt, atque cum Nobilium Familijs vincula conſangvinitatis contraxerunt*, verba attuli Authoris. Hi videntur toti ex Bohemia in Poloniam emigrâſſe, cùm nullus apud nos Nobilium cum his armis appareat; idémque eſt de armis Gruum, quos Okolskius *Taczalas* vocat, & diſertè è Bohemia in Regnum Poloniæ veniſſe tradit.

Czabeliczky.

Illuſtriſſimam & Generoſiſſimam ſtirpem quæ alam Aquilæ cum pede aureo in campo ſangvineo, aut etiam albo geſtat, Tropacz Poloni appellant, nos *Czabeliczkios* vocamus. Diffuſa hæc Familia in Ungariam (ubi ob ſuam originem Czechi appellati ſunt) in Poloniam, Italiam cum ijſdem Inſignibus propagavit genus, ut oſtendi in Tractatu, quem de Stemmate Czabeliczkiano nuper confeci, in Poloniam venit A. 1381. *Topacz* primus Parens in Polonia horum armorum, jámque ſeſe in decem ſtirpes diviſerunt; plura ſuo loco.

Waneczky.

VVarniam Poloni appellant gentem, quæ cancrum rubentem in Clypeo candido ferebat, etiam in noſtra Nobilitate antiquitus ſunt cenſi, ut poſtea oſtendetur. Apud nos *VVaneczky* vocantur.

Horcziczij. *Papr. in Equ. c. 34.*

Illuſtris Equitum Proſapia multis & claris Familijs cognata *Horcziciorum*, ferebat in Clypeo Urſinos primores pedes, eandem Familiam prorſus à duobus fratribus Polono & Bohemo deſcendentem adducit Paprocius, nominátque quinque eorum ſtirpes in Polonia, ſed addit multas ſupereſſe, quas longum, eſſet percenſere.

Dobrzenſky.

Dobrzensky de Dobrzenicz apud nos ſuperſunt, quos & in Polonia inveniri magno numero, & vocari *Boczan*, ſeu *Ciconias*, ſcribit *Paprocius*.

Paproc. in Equ. c. 35.

Inſigne gentilitium Mauri cum nativo colore in campo cæruleo limbis rubris prætenſo, & ſuper galeam ciſtula quædam, in qua ſeptem pennæ Strutionis viſuntur, albi, viridis, & rubri coloris, nodus verò cin-

cinguli in Mauro albus. Hoc ergo Insigne in Poloniæ Regno notissimum, & solis forsan coloribus diversum *Kobilcæ* apud non ferunt, quorũ in Polonia plures, quàm septenas Familias nominat Paprocius. *Papr. in Spec. Morav. f. 284.*

Candidissimum lilium in rubro campo, qui clypeus est Dominorum *Zastrzizl*, & apud nos multorum Equitum, in Polonia multi Nobilissimi Proceres gestârunt, & gestant, ùt testatur Paprocius, aitque eos cum Czecho & Lecho in Bohemiam & Poloniam advenisse. In Polonia prima eorum Memoria est A. 1090. apud Moravos A. 1249. stirpes triginta sub diversis nominibus ad eandem originem descendentes ibidem nominantur. Apud nos claritate rerum gestarum, officijs publicis & dignitatibus sacris & profanis ab annis sexcentis & ampliùs eminuerunt *Berzkovvskij*: ùt suo loco dicetur. Zastrzizl. *Paproc. in Spec. Morav. f. 305.* Berzkowsky.

Ketlicij exquibus *Henricus Archiepiscopus Gnesnensis A. 1200. qui tertio gradu B. Hedvigem Poloniæ Ducissam cognatione contingebat, ex genere Ducali originem ducens*, verba sunt *Dlugossij* adhuc & in Bohemia, & in Moravia, & in Silesia sui Sangvinis posteros habent, qui *Czygan*, *Zegoti*, *Reisky* & Skidensky dicuntur, præferuntque in Clypeo suo funes, vel potiùs torques in tres fasciculos colligatos velut nodum gordium. Hujus generis Ketliciani duas stirpes Okolsky in Polonia numeravit, plures loco citato nominavit Paprocius. Ketlicij. *Papr. in Spec. Mor. f. 322.*

Kokorsky de Kokor Leonem medium ferunt pro muris stantem, & hostes arcentem bicaudatum, hanc Familiam in Poloniam translatam affirmat *Paprocius*, nominâtque quinquaginta aliquot de nomine stirpes Polonicas quæ hoc Clypeo utantur; *Kokorsky* autem in Moravica Nobilitate multis sæculis censi fuerunt. Kokorzsky. *In Spec. Morav. f. 327.*

Absolvi Ilustres Poloniæ Familias, quæ cum nostris communem originem habuêre, & arma communia, solis propemodum coloribus differentia, quod sæpissimè in Illustribus Familijs usuvenit, quæ ut aliquo discrimine notentur, ijsdem armis retentis, vel campum, vel ipsa arma leviter commutant, & colore distingvunt, unde satis elucet Nobilitas antiqua Bohemiæ, quæ tot Stemmata apud nos nata, vel ab illis huc translatâ produxit, aut producta servârit, & servat. Utinam ea nos sæcula respiciant, quæ Nobilitatem in pretio habuerunt! quâ Regna florent, & depressâ, multóq; etiã magis extinctâ concidunt; Illustrem aliquam stirpem extingvere, & ex libera servam efficere, grande crimen est, omnes enim Majores extingvit, & enecat, qui id molitur.

CAPUT. IX.

HONORES ECCLESIASTICI NON MODO IN Patria ſed etiam extra illam ubique terrarum Nobilitati noſtræ collati.

Eccleſiarũ honores ex merito Nobilibus con feruntur.

LEgitima & omnibus ſæculis probata ad Eccleſiaſticos honores via, virtute & doctrinâ paratur, quæ duo ſi abſint dignitas indignis conferri cenſetur; at ſi in Nobilitate virtus & doctrina reperiantur, mirùm quantùm ſplendoris accedit, ut ipſe honor honorari videatur, & neque tantùm is, cui dignitas Eccleſiaſtica confertur, præmiatur, verùm etiam Infula, purpura, aut quodcunque demum Eccleſiaſticum munus Nobilitate Electi exornatur.

Virgil.

Quale manus addunt ebori decus, aut ubi flavo
Argentum, Pariúſve lapis circumdatur auro.

Ex quo ſatis intelligitur omnium Sapientûm judicio, Nobilitati præcipuè, ſi adſint cætera, meritò Eccleſiaſticas dignitates conferri, quin imò Regum & Principum ſenſus, qui in præcipuis Cathedralibus & Metropolitanis Eccleſijs pro ſolis Nobilibus virtute & doctrinâ præditis, Reſidentias ut vocamus, fundarunt. Enumerabimus hoc loco ex Nobilitate noſtra, qui ſuffragijs ſummorum Evropæ Principum, aut eorum, quorum nominare jus erat, admoti honoribus egregiam Eccleſiæ operam præſtiterunt.

Cardinales ex Regno noſtro.

A *Cardinalibus* & Eccleſiæ Romanæ purpuratis initia ducamus, quorum ſexdecim numerare poſſumus ex Bohemia, & conjunctis Bohemiæ Regno provincijs aſſumtos; nos Stemmate Nobiles tantùm adferemus:

Cruger. in M. S.

Petrus Berka Illuſtriſſimæ gentis, Wiſſehradenſis Eccleſiæ Decanus, & Cardinalis.

VVenceslaus Epiſcopus Wratislavienſis ex Proſapia Ducum Brigenſium, Cardinalis renunciatus, ſed is ad primum núncium recuſavit honorem.

Petrus de Rozmberg Pragæ ad Omnes Sanctos Præpoſitus, Cardinalis, qui mágno modeſtiæ exemplo honorem repudiavit.

Arneſtus I. Archiepiſcopus Pragenſis, Cardinalis deſignatus; obijt antequam honoris nuncium acciperet.

L. S.

Joannes Dominus de Wlaſſim Archiepiſcopus Pragenſis, in titulo ſepulchri legitur Cardinalis.

Joannes à Genſtein in Procerum Bohemiæ Familia natus, Cardinalis fuit, ut Raynaldus idoneus author teſtis eſt.

Petrus

Petrus de Sſwamberg Illuſtriſſimæ ſtirpis Epiſcopus Auguſtanus. de quo alibi. ✠ 1464.

Joannes ab Aich (de Dube) Eiſtadienſis Epiſcopus, qui exaggeratæ virtutis Præſul ferre purpuram recuſavit, ut habet Gaulterius. *Gault. in Card.*

Ex eadem Familia *Zbignæus Berka*, Archiepiſcopus Pragenſis, deſignatus Cardinalis, cui idem accidiſſe, fama eſt, quod de Arneſto I. diximus.

Franciſcus à Dietrichſtein Olomucenſis Epiſcopus, noſtrâ Memoriâ Cardinalis, ex Familia Principe, quem huc etiam traho, quia apud Moravos ortus, Pragæ in Contubernio noſtro educatus, ex Præpoſito Litomericenſi Epiſcopus Olomucenſis (& in Corona Bohemiæ, Comes Regiæ Capellæ) Cardinalis creatus eſt.

Erneſtus ab Harrach Archiepiſcopus Pragenſis Cardinalis, cujus purpuram ſæpius oſculo honorare licuit. Plures nominare potui, ſed ex Nobili ſangvine non prodiêrunt; qnod tamen huic parti in alijs defuit, Virtus, doctrina, & interiores literæ compensârunt.

Jam ad alios honores, Nobilitati noſtræ collatos, veniamus. Plerique apud nos Antiſtites Pragenſes, ut generatim dicam, Illuſtri loco nati fuêre. *Præſules Pragenſes ex Nobilitate.*

II. *Epiſcopus* Pragenſis S. Adalbertus ex gente Roſarum.

V. *Iczo* vel Izo ex ſtirpe Hazmburgica.

VI. *S. Severus* ex gente Berzkowkia.

VII. *Antiſtites* Jaromirus Wratislai Regis noſtri frater.

XII. *Otto* è Stirpe Sſwabenskiorum.

XIII. *Daniel* ex Clariſſima ſtirpe Lippæorum.

XVI. *Brzetislaus* Henricus Wladislai Regis Filius.

XVII. *Daniel II.* ex ſtirpe Talmbergica.

XVIII. *B. Andreas* ex ſtirpe Comitum Guttenſteiniorum.

XIX. *Peregrinus* ex Clariſſima ſtirpe, ſed ignotâ.

X X. *Budislaus* iterum ex Familia antiquiſſima Sſvabenskiorum, quem tamen aliqui Roſenſem nativitate poſuerunt.

XXII. Inter Præſules noſtros *Burchardus* vel Bernardus ex Illuſtri Kaplirziorum Sangvine.

XXIII. *Nicolaus* de ſtirpe Roſarum.

XXIV. *Joannes* ejus nominis III. natus in Familia Procerum de Drazicz.

XXV. *Tobias* ex gente inclyta Bechiniorum qui ſagittam Odrowanskiorum in Clypeo ferebant.

XXVI. *Gregorius* ex Nobiliſſima ſtirpe Hazmburgica.

XXVII. *Joannes IV.* iterum ex Familia DD. de Drazicz.

SEQUUNTUR ARCHIEPISCOPI Pragenses.

Ernestus I. ex stirpe Nobilissima Equitum de *Pardubicz.*

II. *Archiepiscopus* Ioannes Wlassimæi Stemmatis Baro.

III. *Joannes* de Genstein Baro Archiepiscopus Pragensis & Patriarcha Alexandrinus.

IV. Wolframus ex Familia Procerum Sskvvorzeczky.

VI. Archiepisc: Pragensis Zbinko Hazmburgicæ stirpis.

XI. *Zbignæus* Berka de Dube & Lippa Procerum stirpe.

XII. *Carolus* Baro Lambergius.

XIV. *Ernestus* ab Harrach Comes.

XV. Ex Nobili stirpe (nam hos solos, qui ex Nobilitate orti sunt nomino) *Joannes Kolovvrat* Libsteinsky designatus Archiepiscopus.

Denique Gemma Præsulum *Joannes Fridericus* ex Comitibus de Waldstein.

JAM EPISCOPOS OLOMUCENSES NOBILI GENERE ortos prosequemur:

Episcopi Olomucenses ex Nobilitate.

Andreas Olomucensis Episcopus, primus Olomucij residens apud Ecclesiam SS. Petri & Pauli ex Illustri Familia *Dobravviciorum.*

Olomucensis Antistes *Henricus Zdik* Wladislai Ducis Bohemiæ Frater, qui Episcopalem Sedem ad novum templum transtulit.

Bavarus ex stirpe Illustri Bavariorum in Bohemia.

Præsul *Bruno* Comes de Schaumburg gente Saxo.

Antistes *Joannes Haly* Dominus de Waldstein.

Petrus ex Familia DD. de Lomnicz.

Henricus Berka vetustissimæ & nobilissimæ stirpis.

Joannes Wolek, filius Wenceslai VI. Regis Bohemiæ.

Joannes Oczko Illustrissimæ Familiæ de Wlassim, qui postea fuit Archiepiscopus II. Prag.

Joannes Frater Jodoci & Procopij Marchionum Moraviæ, dictus aliàs Sobieslawek, postea Patriarcha Aquilegiæ, priùs etiam Litomisslensis Episcopus.

Ladislaus Illustri Familiâ de Krawarz.

VVenceslaus cognomento Kralik Nobilissimæ apud nos stirpis Wrabskiorum, creatus itidem Patriarcha Antiochenus.

Conradus Illustrissimæ stirpis DD. Zvvole Episcopus Olomucensis.

Paulus de Miliczin Talmbergicæ stirpis, ex Præposito Ecclesiæ Prag: Olomucensis Episcopus, valde utilis Ecclesiæ suæ.

Bo-

Bohuslaus itidem de Zwole Baro.

Prothaſius de Bozkovicz natalibus Illuſtriſſimis editus.

Joannes antè Epiſcopus Waradinenſis, de cujus Nobilitate controvertunt Scriptores, Bonfinius antiquâ Bohemorum ſtirpe editum, alij ignobilibus Parentibus Proſtannæ natum affirmant.

Stanislaus Turſonum Illuſtri apud Ungaros gente.

Bernardus Zaubek Vir genere Nobilis.

Joannes Dubravius ante Epiſcopatum in Equeſtrem ordinem receptus cum ſuis.

Gulielmus Pruſinovvsky à Wiczkovv Illuſtris Familiæ.

Joannes Grodeczky veteris in Sileſia ſtirpis.

Stanislaus Pavvlovsky, de cujus Perilluſtri genere multa habet Paprocius in Speculo Moraviæ.

Franciſcus à Dietrichſtein Cardinalis, de quo jam antè ſatis multa.

Sereniſſimus Archidux Auſtriæ Leopoldus Ferdinandi III. Germanus Frater.

Sereniſſimus *Carolus* Archidux Auſtriæ Ferdinandi III. Imperatoris Filius.

Carolus Liechtenſtein ex Illuſtriſſima Liechtenſteiniorum Familia, quæ Caſtelkorn vocatur, hodie magnâ nominis ſui commendatione Epiſcopus Olomucenſis.

VVratislavia quoque ex ſtirpe Bohemorum Illuſtri Antiſtites numerat. Wratislavienſes Epiſcopi ex Nobilitate

Jodocus Epiſcopus, Udalrici II. Roſenbergici Filius.

In vetuſto Epiſcoporum Wratislavienſium Catalogo ad A. 1231. legitur Laurentius, qui origine tantùm ad Bohemos referri poteſt, cùm Poloni Genealogiſtæ fateantur, eam Familiam, quæ ſtellam in eo Regno geſtat à nobis in Poloniam tranſiviſſe, idémque dici poteſt de *Nankero Epiſcopo VVratislavienſi* Viro Sanctiſſimo, in cujus morte Angelici cantus ſunt auditi.

Joannes Turzo Wratislavienſis Epiſcopus Stanislai Olomucenſis Frater, Vir genere Nobiliſſimus.

Henricus de Logau Wratislavienſis Epiſcopus, natales habuit generoſiſſimos.

Balthaſar de Promnicz, cujus Illuſtriſſima ſtirps hodieque ſupereſt.

VVrbnæ quoque Comites antiquiſſimi, Henricum Epiſcopum numerare poſſunt.

Cæterorum nomina recitare omitto, quia vel ex Polonia, cujus tum pars Sileſia fuit, ortum duxerunt, vel ex Illuſtri quidem Stemma-

te orti, ad Bohemiam, Moraviam, Silesiam Originem Nobilitatis suæ non referebant, vel denique etsi scientijs, & omnigenâ doctrinâ, ac rerum gerendarum dexteritate eminerent, claro genere nati non erant.

Antistites Ecclesiarũ ex Bohemia.

Jam extra Regnum Bohemiæ faciemus gradum.

Magdeburgenses. *Dresser: in Isagoge hist.*

Magdeburgensis Archiepiscopus Primatis Imperij titulo honoratus, duos Archiepiscopos numerat ex stirpe Sternbergica.

Conradum à Sternberg An: 1268. An: 1468. *Albertum de Sternberg* ex eadem Illustrissima gente centum abhinc annis.

Dress. ibid: Rigenses,

Rigensis quoque in *Livonia* Archiepiscopatus ordine decimum Antistitem *Fridericum Baronem Bohemicum*, ut Dresserus ait, Archiepiscopum habuit.

Paderbornenses. *Herm. Stãgelfol. in Annal. Westphal.*

Simon de Sternberg, circa an: 1378. Paderbornensis Episcopus.

Misnenses Episc: ex Familijs Bohemicis.

Misnensis Episcopus ex Misnicis & Bohemicis Familijs Præsules non paucos numerat.

Koldicij (Koloděg in antiquitate nostra nominati) *Kitlicij*, *Malticij*, *Carlovicij*, qui in Nobilitate Bohemiæ pridem censebantur; *Ssleinicij*, *Haugvvicij*, *Salhausij* hodiéque censentur.

Vitigonem Baronem de Camens Misnensem Episcopum putant quidam ex stirpe Rosensi prodijsse; certius ex Familia *Vitigonum* prodijt *Bernardus* Episcopus.

Dress: l. cit.

VVitigol Misnensis Episcopus ex Familia *Koldicia ortum* habuit.

Joannes II. Antistes Misnæ vetustissimâ stirpe DD. *Genczenstein* (quorum castrum gentilitium in via Pragensi Boleslaviam versùs spectatur) ortus fuit.

Joannes III. Baro de *Kitlicz* Episcopatu cessit cognatóq; suo *Thimoni* Baroni de *Koldicz* tradidit.

Dress: l. cit.

Joannes VI. de Salhaus, priùs Episcopus Misnæ, postea *Brixiæ*, tandem Cardinalis.

Dresser.

Joannes VII. è gente *Ssleinicia* ortus est.

Nicolaus *II.* è *Carlovicijs* prodijt, gente ad Bohemicam Nobilitatem, aut origine, aut cognatione pertinente.

Tridentinos Episcopos ex illustri Familia duos adferre possumus.

Meinhardum de Novadomo ex genere aureæ *Rosæ*, de quo egimus in Vita *Arnesti*.

Monasteriensis Episcopus Bohemus.

Arnestum II. Cardinalem ab *Harrach Tridentinas* Infulas gestâsse nos ipsi meminimus.

Erdtman in Chronic. Crantz Metrop.

Potho de *Potenstein* Baro Bohemus Monasteriensis in *VVestphalia* Episcopus fuit, deinde ob lites quasdam ad Episcopatum Svverinensem in inferiorem Saxoniam translatus.

Her-

✝ *Hermannus Libſteinsky* Kolowratæâ ſtirpe apud nos valde Illuſtri natus Warmienſem rexit Eccleſiam, ut Crugerius ad 5. Jan: probavit. Obijt A. 1450. Warmienſis.

Merſeburgenſem Epiſcopatum Urbanus VI. Pontifex Andreæ de Duba Bohemicæ ſtirpis Baroni contulerat; at is eam dignitatem diu non obtinuit. Merſenburgenſis.

Vincentius de Schleinicz Merſeburgenſis Epiſcopus An: 1526. nominatur. *Dreſſ: in Epiſc.*

Alius ex Schleinicijs *Joannes* Naumburgenſis Antiſtes legitur apud eundem *Dreſſerum*, qui vitâ exceſſit An: 1434. Universim dici poteſt: *Schleiniciorum* Illuſtriſſimam ſtirpem præclariſſimos Antiſtites, & Eccleſiarum Præſides protuliſſe, qualis apud nos fuit *Erneſtus Schleinicius* Adminiſtrator Eccleſiæ Pragenſis, & pariter Præpoſitus Miſnenſis, de quo ſuo loco, & *Maximilianus Rudolphus Schleinicius* omnium bonorum Præſulum imago, Litomericenſis apud nos Epiſcopus. Naumburgenſes.

In eadem Eccleſia *Naumburgenſi* duo conſpicui Præſules ex *Haugvvitziana* ſtirpe eminuêre: *Petrus Haugvvitzius*, & qui eidem ſuffectus eſt, *Georgius Haugvitzius* Friderici III. Imperatoris Cancellarius, cujus morte annus 1463. conſignatur.

Archiepiſcopatum Salisburgenſem nonnulli ex Bohemis tenuêre: *Albertus*, vel Adalbertus, Wladislai II. Bohemiæ Regis Filius, electus An: 1168. cujus Vitam Sanctiſſimam Libro IV. Miſcellan: vulgavimus. Salisburgenſes.

VVladislaus Salisburgenſis XXXVI. Antiſtes, Henrici Probi Sileſiæ Ducis, & Annæ Reginæ Filius, ex Wiſſehradenſi Præpoſito A. 1267. ad eandem dignitatem à Canonicis electus.

Noſtrâ tempeſtate in principali Salisburgenſium Throno ſedit *Gvvidobaldus Comes de Thuen* apud nos natus, cujus etiam Majores Albo Nobilitatis noſtræ pridem inſcripti fuerunt.

Cujus Germanus Frater Illuſtriſſimus *VVenceslaus de Thuen* eodem tempore Paſſavienſem regebat Eccleſiam Antiſtes. Paſſavienſes.

Ad nos quoque ſpectare videtur, alius in antiquitate Patavienſis ſeu Paſſavienſis Epiſcopus: *Conradus*, quem Ducis Poloniæ Filium, Bohemiæ Regis Nepotem fuiſſe *Goldaſtus* affirmat ex Hundio. *Gold. l.3. de Jur. Bo. c.1. Wig. Hund. in Epiſc. Patav: c. 48.*

Alium quoque ex Sileſia Archiepiſcopum Salisburgenſem haberemus *Conradum*, niſi is, ob ridiculam maximè cauſam ſponte honori renunciâſſet; verba Cromeri recitabo: *Conradus*, inquit, *Conradi Glogovienſis Ducis filius*, *Præpoſitus VVratislavienſis Archiepiſcopatum Salisburgenſem recuſavit, cùm Viennæ in itinere reſciviſſet Cerevifiæ uſum ibi non eſſe, quaſi nè frumentum quidem naſceretur.* hæc ille. *Crom. L. 11.*

Prudentior ac proinde felicior in Epiſcopali munere fuit *Bertholdus* Herbipolenſes.

dus ex DD à Sternberg in Bohemia ortus, Epiſcopus Herbipolenſis & Franconiæ Dux A. C. 1269. & ſequentibus, qui ſeditioſam Herbipolim armis ad debitum obſequium & fidem compulit, cúmque peruicaces ſubditi aciem oſtendere, & concurrere auſi eſſent, quingentos de Civium exercitu trucidavit, ſibíque ac Epiſcopatui ſuo, pacem, Marte reſtituit. *Summa cum laude rexit*, addit, parcus alioqui Bohemorum laudator *Goldaſtus*.

Dreſſer: in Herbip. Bruſſ. &c. Goldaſt. l. 3. c. 1.

Segnienſis.

Antiquior his omnibus *Protiva* Segnienſis Epiſcopus è Ducibus Bohemiæ; de quo in Sſwihowiorum & Czerniniorum Syntagmatis ſermo recurret.

Bohuslaum Lobkovvicium quem *Phœnicem Eruditorum* multi Scriptores appellant, à Canonicis Olomucenſibus ritè electum Antiſtitem, Rege Wladislao confirmante, fuiſſe, imò etiam à Wratislavienſibus Canonicis poſtulatum, in vita ejus legimus, ſed artibus non bonis, honor ille tanto Viro interverſus eſt, neque Thronum Epiſcopalem unquam conſcendit.

Caminēſis.

Beneſſius de VValdſtein Epiſcopus Caminenſis, & Præpoſitus Olomucenſis, S. Theologiæ Baccalaureus, omnium Scriptorum qui illâ ætate periculosâ ſub *Georgio Rege* vixerunt, Encomijs, velut Antiſtes conſum̃atiſſimæ virtutis celebratur.

Noſtra ætas duos Epiſcopatus novos fundari & erigi vidit *Reginobradecij*, & *Litomericij*: quorum prior Illuſtriſſimo Joanne de Waldſtein ad Archiepiſcopalem dignitatem Pragæ aſſumto, *Joanni de Talmberg* ex Illuſtriſſima & antiquiſſima ſtirpe genito, jure meritiſſimo traditus eſt; alterum eodem natalium & virtutum ſplendore, Illuſtriſſimus Comes *Jaroslaus Holiczky de Sternberg* ſibi traditum, ſecundus in eo munere apud Litomericenſes feliciter regit, anteceſſoris ſui *Maximiliani Rudolfi Baronis de Schleinicz* (ex Bohemica Schleiniciorum, qui in Bohemia conſederunt, Familia, & qui olim *Pincernæ hæreditarij* in Regno Bohemiæ munus delatum à Regibus gerebant) Sanctis veſtigijs inſiſtens; utrique læta & fortunata pro eo ac merentur vovemus.

Litomericēſis, Regino-Hradecenſis.

Parem tituli Epiſcopalis gloriam obtinet, Illuſtriſſimus DD. *Godefridus Kapaun* Epiſcopus Samandrienſis, & Prælatus infulatus Crumlovienſis, in cujus Sacro vertice optimè Infulam ſedere illuſtria ejus facta demonſtrant.

Patriarcha Aquilegiæ

Nicolaus Aquilegiæ Patriarcha Joannis Regis extra connubium filius; quem *Carolus* in vita ſua narrat, in Victoria ſua Miſſam Evchariſticam celebrâſſe ſuper *Cataphracturam* veſtibus Epiſcopalibus indutum, infulæ & pedi loco galeâ capite obarmato enſem manibus tenentem; quam *Miſſam* ipſe Carolus audierit, quod etiam ob plantatam,

tam, & defenſam Chriſtianam Religionem privilegium habere à ſummo Eccleſiæ Paſtore dicuntur *Epiſcopi Monaſterienſes*, vidíque Sanctos ejus Sedis Epiſcopos expreſſos in armis, ſacra peragentes, obijt *Nicolaus Sanctè*, ut loquitur Ricciolus A. 1358. *Ricciol. in Chronolog. Reform.*

Lamingeros quoque, & de nomine Leonardum Paſſavienſem Epiſcopum, ex Equitum apud nos Proſapia progenitum, Eccleſiæ illius hiſtoria teſtatur. Lamminger.

Slavvkonem ex Comitum Ryzmbergicorum, ſangvine, de Oſſek, qui raſtrum hortenſe gerebant in Clypeo, ſub Ottogaro Rege, qui Pruſſos armis adduxit ad Chriſtum, *Prutenorum Apoſtolum*, & Epiſcopum fuiſſe ex Annalibus eorum temporum conſtat. Jacet in Monaſterio Oſſecenſi Ciſtercienſis Ord: (quod Majores illius Comites fundârunt) altiore in loco honoratiſſimè tumulatus, in muro Eccleſiæ, & in Saxo expreſſus cum pedo, infula, cæteriſque Epiſcopalibus Inſignibus. Slavvko.

Comites Rozdrazovij ex ſua gente numerant Hieronymum Epiſcopum *Pomezanenſem*, quem miris laudibus extollit *Okolskius*. Rozdrazow. *Okol: in Orbe Polon.*

✝ Dum quæro vetera, propemodum nova exciderunt, *Hinkonem* Suffraganeum Olomucenſem Epiſcopum præterivi, qui noſtrâ memoriâ Antiſtiti *Franciſco à Dietrichſtein* ſuccollavit ex Illuſtriſſima *Libſteinskiorum* de Kolovrat Proſapia. Eandem operã nunc præſtat Celſiſſimo Principi Archiepiſcopo Pragenſi, perilluſtri ſtirpe genitus *Joannes Ignatius Dlauhovvesky* Epiſcopus Milevitanus. Hinko Kolovvrat. Dlauhowesky.

Adduxi hactenus non paucos Antiſtites ex Nobilitate noſtra, ut ſatis appareat omnibus ætatibus ſummo in pretio noſtram Nobilitatem habitam eſſe, in quam certatim Infulas congeſſerunt Majores; ſcio nonnullos diligentiam meam effugiſſe, ſed quis in hoc ſubventaneo & miſcellaneo opere id à me requirat, præſertim ſi quis valetudinis meæ ſtatum cognitum, perſpectúmque habuerit?

CAPUT. X.

IDEM ARGUMENTUM NOBILITATIS NOSTRÆ honoribus Eccleſiaſticis exornatæ pertractatur.

SEntio mihi latiſſimam quandam planiciem aperiri, quam neque oculis obire poſſim, tot enim ſe offerunt Illuſtres Natalibus Viri titulis Eccleſiarum inſigniti, ut fatigare manus ſcribentium poſſint: Prælati, Canonici Collegiatarum, & Metropolitanarum Eccleſiarum Sacri Proceres juſtum volumen conficient, ſi tantummodò no-

Alio in Libro meo ac curatius hæc tractata leguntur.

nomina eorũ recitarentur; audeo sponsione certare: nullam paulò Nobiliorem, & antiquitati notam in Regno Bohemiæ Familiam inveniri, quæ ex suo Sangvine ortos Ecclesiæ Prælatos non habeat; sublevavi me ipsum hoc labore, tum Miscellaneorum Libro V. tum etiam in Bohemia sacra, quam adorno, & jam propè ad finem productam habeo, in quorum priori volumine multa Præpositorum, Decanorum, Officialium, Vicariorum, Generalium, Canonicorum in Collegiatis Ecclesiis &c. ex Illustri Sangvine progenitorum nomina, quæ centesimum & vigesimum numerum longè excedunt, recitavi; in posteriore Abbatum & Religiosorum ex Nobilissimis Familijs natorum memorias percensui; hoc loco præcipuos tantum memorabo in historijs repertos; potiores & clariores jam ante me vulgavit *R. P. Georgius Grugerius* in Sacris Regni Bohemiæ Pulveribus. Deinde etiam *Thomas Pessina* in suo Phosphoro, ubi Præpositorum, & Decanorum Metropolitanæ Ecclesiæ Pragensis seriem pertexuit, qui Vir Patriæ suæ, ut decebat, amantissimus, & solers antiquitatis Bohemicæ indagator, omnia quæ nos jam morientes scribimus, longè perfectius consignasset literis (cùm Archiva Diœcesios haberet in manu, eóque labore vetusta cognoscendi mirificè teneretur) nisi eum nobis fata invidissent, & sustulissent è medio; sed in rem præsentem veniamus.

Præpositi & Decani Pragenses ex Nobilitate.

Antistites Pragenses Illustri loco natos superiore capite dedimus, jam *Præpositos, & Decanos* ejusdem Ecclesiæ persequemur, multos sinedubio claro natos genere necessariò omissuri, quòd de eorum Nobilitate antiquitas tacuerit.

Izonem Illustrissimis Majoribus ortum, sextum in ordine Præpositum, primum ex Nobilitate invenio, nam præcedentes hac notâ insignes fuisse, ex antiquitate probare non possum, fuit Izo ex Bivogij Comitis, & Kassæ Croci Ducis filiæ, sangvine.

Severum & Jaromirum ex Præpositis Episcopos Pragenses factos jam antè ostendi, ortu Nobilissimos, extitisse.

Marcus Comes Mielnicensis, Guttensteinius, seu Wrtbæus fuit, cujus Vitam Libro IV. Miscellaneorum dedimus.

Henricus Zdik, sæpe à nobis jam antè nominatus ex Regio Sangvine.

Hermannus Baro de Ralsko seu de Wartenberg.

Otto Comes de Sſvvabenicz, de quo in Episcopis.

Henricus Dominus de Lippa.

Hroznata Comes ex stirpe Mielnicensi.

Ulricus I. de Waldek, seu de Hazmburg.

Martinus Pragensis Ecclesiæ Præpositus, Gervasij Wissehradensis Præpositi Germanus Frater, de quo infrà.

Flo-

Florianus Baro ex eorum stirpe qui Nymphæam gerunt, ut ex Sigillo ipsius apparet.

Andreas postea Episcopus Zwiestij Comitis ad Mediolanum occisi Frater, Comes Mielnicensis, qui postea de Guttenstein dicti.

Ulricus II. Baro de Waldek seu de Hazmburg A. D. 1222.

Epo II. cognomento Lekno ob insigne Nymphææ.

Tobias I. Baro de Duba ex Familia Odrowanskia.

Jacobus ex stirpe Kaplirziorum.

Tobias II. Baro de Bechinie, ex Familia quæ sagittam ferebat.

Ulricus III. Czerninius ab A. 1285. usque ad A. 1298.

Petrus Baro de Lomnicz, postea Episcopus Olomucensis.

Tobias III. Baro de Benessow, postea ordinem S. Francisci ingressus, & in Cœnobio à Majoribus condito Benessovij mortuus.

Henricus, aliàs Hinko, Berka de Dube An: 1327. electus Episcopus Olomucensis.

Drslaus Czernin, Henrici IV. Filius, Ulrici III. Præpositi Nepos.

Przedborius Raczin de Raczinoves Eques.

Henricus III. Baro de Lippa ex Præposito Mielnicensi.

Protiva Filius Theobaldi de Sswihow, & Ryzmberg, postea Episcopus Segniensis.

Nicolaus Caroli IV. Frater, postea Patriarcha Aquilegiensis.

Przemyslaus Baro de Zierotin.

Zdislaus Baro à Sternberg.

Hinko Baro de Hazmburg, postea Episcopus Ladomirensis, Joannis I. Archiepiscopi Suffraganeus.

Petrus II. Baro de Janovvicz.

Georgius Baro itidem de Janovvicz.

Paulus Baro de Mieliczin, aliàs de Talmberg, postea Episcopus Olomucensis.

VVilhelmus Baro de Hazmburg. An: 1446.

Jodocus Baro de Rozmberg, simul etiam Grandis Prior Melitensium, postea Episcopus Wratislaviensis.

✝ *Hanuss* Baro de Kolowrat. Obijt. 1484.

Joannes Baro de Wartemberg. Obijt. 1508.

Ernestus Baro de Schleinicz. Obijt. 1548.

Nostrâ memoriâ Joannes Ignatius Dlauhowesky, vetustâ Equitum stirpe.

Hæc est Pragensium Præpositorum ex Nobilitate series, ex qua animadvertere licet plerosque Illustri stirpe genitos fuisse, cæteri literis, & in negotijs dexteritate eminuerunt.

Jam ad Decanos ejuſdem Eccleſiæ veniamus.

Miroslaus Dlugomili Comitis Filius.

Budislaus Baro de Waldek.

Vitus A. 1235. cujus Vitam habes in Lib. IV. Miſcell.

Tobias II. Baro de Beneſſow de quo ſuprà in Præpoſitis.

Ulricus Baro de Hazmburg.

Przedborius ex Familia Raczinia, poſtea Præpoſitus.

Erneſtus de Pardubicz, poſtea Epiſcopus.

Tobias III. de Uſtupenicz Equeſtri ſtirpe.

Plichta Baro de Mſſen.

Hinko de Mukovv Equeſtri ſtirpe.

Przibik, Marquardi de Porzeſſin, qui fuit Wenceslai Imperatoris Mareſcallus, Filius.

Joannes II. de Kralowicz, ex Equitum Oſtrovveciorum Familia.

Joannes III. de Duba Baro.

Et plurimi alij, quorum Stemmata in Archivis expreſſa non ſunt.

Ex Canonicis Pragenſibus genere Nobiliores Viros nominabo, nam omnes nominare ob multitudinem infinitum opus foret.

Beneſſ de Kravvarz Scholaſticus.

Joannes ſeu Jenczo Canonicus & Præpoſitus S. Crucis Wratislaviæ, cujus operâ multum uſi ſunt noſtri Reges.

Paulus de Janovvicz, Decretorum Doctor ex Procerum Familia.

T. 2. Erect. *Kunſſo de Trzebovvel* Eques. L. 2. Erect. E. 5. cujus Frater *Herbordus* de Janovvicz Canonicus in Mielnik. ibid:

T. 2. Erect. C. 4. *Buſſko*, & *Sezima* ex Familia Sſvvambergica Canonici Pragenſes.

T. 2. Erect. A. 2. Andreas de Auſti Baro.

T. 4. E. 3. *Joannes de Geczan* Eques, licentiatur in Decretis, Archidiaconus Gradicenſis in Eccleſia Pragenſi.

T. 7. 6. 8. *Zdenko* de Chraſt, *Eques*, Canonicus.

T. 8. 9. 10. *VVenceslaus* Knobloch Præpoſitus Miſnenſis, & Canonicus Pragenſis, Illuſtri ſtirpe.

Buſſko de Winarzicz Canonicus, & Archidiaconus Kurzimenſis, *Eques*.

T. 7. N. 1. *VVitko de Czernczicz*, *VVenceslaus de Radecz* Canonici Pragenſes, Nobiliſſimæ ſtirpis uterque.

Beneſſ de Chobolicz, Andreas de Dievvicz Canonici. *Equeſtris* Ordinis.

T. 12. H. 2. *Beneſſ* de Weitmil.

T. 13. Erect. y. 20. *Nicolaus* de Ausk Baro Archidiaconus Plſnenſis in *Eccleſia* Pragenſi.

Omnes

Omnes hi Theologi, aut Decretorum Doctores, & Nobilitatis conspicuæ, Prælati.

WISSEHRADENSES PRÆPOSITI EX NOBILIORE Sangvine, Principes & Cancellarij Regni Bohemiæ.

1. Præpositus Benedictus ex Familia Baronum de Benessow seu de Duba.

4. Præpositus Henricus Regiæ Familiæ Princeps. ✠ 1197.

6. Sigefridus Baro ab *E*ppenstein ex Præposito Wissehradensi factus Moguntinus Archiepiscopus, ante mortem Cardinalis. ✠ 1230.

7. *Arnoldus* seu Protiva ex Præposito factus *E*piscopus Segniensis; fuit de Familia Sswihowskiorum. ✠ 1232.

8. *Tobias Dominus* de Benessow, ex Præposito factus Franciscanus, ✠ 1261.

9. *Philippus* Carinthiæ Dux. ✠ 1273.

10. Wladislaus Dux Silesiæ, ex Præposito, Salisburgi Archiepiscopus.

12. *Petrus* Baro de Lomnicz, postea factus *E*piscopus Olomucensis.

13. *Joannes* Filius Ottogari Regis, extra connubium genitus, factus *E*piscopus Olomucensis. ✠ 1347.

16. *Bertholdus* de Lippa, Frater Henrici Lippæi Regni Bohemiæ Gubernatoris. ✠ circa An: 1339.

17. *Henricus* Dux Brunswicensis, *E*piscopus factus postea Hildesheimij.

18. *VVllbelmsn* D. Landstein, Vir doctus & Sanctus. ✠ 1361.

20. *Joannes* Jodoci Marchionis Moraviæ Frater; deinde factus *E*piscopus Litomislensis, ac tandem Patriarcha Aquilegiensis. ✠ 1420.

21. *Rabanus* Imperij & Regni Bohemiæ Cancellarius, posteà Trevirensis Archiepiscopus. ✠ 1439.

22. *Joannes* de Praga, Virum ortu Nobilem fuisse multa ostendunt, fuit Cardinalis, Olomuc: Episcopus, postea Pragensis Archiep: designatus tantùm. ✠ 1430. idem est de Wenceslao, qui ex Præposito factus est Episcopus Olomucensis & postea Patriarcha Antiochenus. ✠ 1418.

24. *Conradum* etsi nobilissimo genere apud Westphalos ortum, nominare nolo, qui ex Præposito Wissehradensi factus Olomucij Episcopus, postea per commutationem factus est Pragensis Archiepiscopus, postea hæreticorum partibus accessit.

28. Jodocus à Rosis Præpositus Wissehradensis ex Familia Rosensi, postea factus Episcopus Wratislaviensis.

29. *Joannes* Baro à Rabstein, sub quo amissa est Cancellarij digni-

gnitas, quam hactenus Præpositi hujus Ecclesiæ habuerant, quam Georgius Rex Fratri ejus Procopio de Rabstein contulerat. ✠ 1473. Budæ in Ungaria.

✝ 30. *Hanussius* D. de Kolovvrat, de quo laudatissima Historici scribunt. ✠ An: 1490.

31. *Joannes* de Wartenberg Præsul doctissimus, idémque virtute spectatissimus. ✠

33. *Georgius* de Geltz Generosissimæ Equitum stirpis, qui ✠ An: 1534.

34. *Petrus* Bechine itidem Equestris Stirpe ✠. 1546.

35. *Bohuslaus* de Hodiegovva Præpositus Wissehradensis de Nobilissimo Sangvine, Jurisconsultus & Theologus Eximius ✠ 1553.

37. *Zbignæus* Berka ex Illustrissima Familia Præpositus Wissehradensis & multarum simul Ecclesiarum, ut Ratisbonensis, Oetingensis, Olomucensis &c. tandem Archiepiscopus Pragensis ad An: 1587.

Cæteri usquè ad nos, etsi Viri doctissimi & vitæ innocentiâ clari extiterunt, ut Caspar Arsenius, & Joannes Chrysostomus, alijque, tamen nobilitate generis, quantum scio, non eminuêre. Nostrâ memoriâ Benno Comes à Martinicz ab A. 1635. Præpositus Wissehradensis postliminio hãnc Præposituram Illustrissimam suo Stemmate Illustrissimo nobilitavit, quem boni Superi in Annos plurimos conservent.

Plura de Præpositis hujus Sacro Sanctæ Ecclesiæ Wissehradensis, si Deus vitam dederit in Bohemia Sacra Lector inveniet; ubi etiam ordinem & successionem eorum recitabimus.

T. 1. E. 2. *DECANORUM VVISSEHRADENSIUM* clarissimus fuit *VVilhelmus* ab Hazmburg.

Porrò in hujus Ecclesiæ Gremium soli ferè Nobilissimo genere orti admittebantur, quos recensere supervacaneum puto.

T. 7. Erect. §. 7. In *Ecclesia Collegiata SS. Omnium* Canonici omnes graduati in scientijs censebantur, ex Nobilitate plurimi, ut *Joannes* de Smilkovv ex Familia Equitum, Sadlo, & alij.

In *Collegiata Ecclesia Boleslavviensi* plerique Præpositi Nobilissimo orti genere, *Zavviss* de Zaczinavves, Slavvatæ Barones, *Petrus* de Janovvicz, Ogerius de Sswamberg, *VVilhelmus* de Hazmburg, *VVlachinko* de Weitmil, *Franciscus* de Gevicz Præpositus & Cancellarius Cæs: Sigismundi, *Slavvko* de Jarohnievvicz Canonicus &c. &c. omnes ex Procerum Familijs.

In *Collegiata Ecclesia S. Ægidij* Pragæ:

Joannes de Janovvicz Decanus, Baro. *Vitko* Præpositus, *Herbordus* Decanus &c. &c. omnes Illustres natalibus Viri.

In

In *Collegiata Eccleſiæ Tinborſſoviæ.*

Sezema de Sſvvamberg, Theſaurarius D. Archiepiſcopi, iterum *Neuſtupo* de Sſvvamberg. &c. &c. tædet enim me, tam multa nomina deſcribere.

In *Eccleſia Collegiata S. Apollinaris* Pragæ:

VVolframus ex Præpoſito Archiepiſcopus.

Vitko de Czernczicz Decanus Baro Regni.

Henricus de Hradecz Nobili ſtirpe & alij plurimi.

In *Eccleſia Collegiata Mielnicenſi.*

Zbinko ab Hazmburg Præpoſitus, deinde ex Præpoſito Archiepiſcopus Pragenſis. *T. 5. Erect. C. 6.*

Joannes de Landſtein Præpoſitus Baro.

Herburtus de Janovvicz Canonicus Baro terræ. *T. 2. Erect. E. 5.*

Andreas de Lomnicz Canonicus, aliíque plurimi ortu Nobiles. *T. 13. X. 16.*

In *Collegiata Eccleſia Litomericenſi:*

Bohuſſius de Pardubicz Baro Frater Arneſti I. Archiepiſcopi. *T. 1. 5. 3.*

Thimo de Koldicz ex Procerum Familia Præpoſitus, & alij plurimi. *T. 9. n. 8.*

In *Collegiata Eccleſia ad S. Georgium.*

VVlachinko de Weitmil Præpoſitus, *Joannes* de Duba Canonicus, *Buſſko* de Skurovv Equeſtri ſtirpe. *T. 12. I. 12. T. 12. I. 1 6. T. 4. K. 7.*

In *Collegiata Eccleſia Carlſteinæ.*

Hildo Canonicus magni nominis, & cæteri Canonici Nobiles. *T. 2. Erect. M. 3.*

In *Collegiata Eccleſia in Lipnik:*

Primus Decanus *Svvatoslaus* Vir natalibus, & ſcientiâ Illuſtris.

Obruor multitudine Nobilitatis, cogorque hunc laborem, etſi Nobilitati noſtræ glorioſum, eò quòd vires meas fractas exſuperet, abrumpere. Concludam hoc caput, ubi nonnullos Prælatos Olomucenſis Eccleſiæ adduxero.

Decani quidam Eccleſiæ Cathedralis Olomucenſis.

Herburtus de Fulſtein vetuſtiſſimæ ſtirpis A. 1259.

Budislaus qui Eccleſiæ Olomucenſi hæreditatem paternam (ex quo conjicimus Generoſa ſtirpe fuiſſe editum) pagos, villas, &c. donavit.

Albertus Sternberg An: 1355. qui poſtea Archiepiſcopus Mandeburgenſis.

Putha Zampach de Potenſtein An: 1361. poſtea creatus Epiſcopus Monaſterienſis.

Petrus de Laczicz. An: 1430.

Bohuslaus de Zvvole ex Decano Epiſcopus Olomucenſis.

Joannes de Gemnice Decanus Cathedralis Eccleſiæ Olomucenſis An: 1512.

Bernardus Zaubek de Zdietin Decretrorum Doctor An. 1530. ex Decano poſtea Epiſcopus.

Henricus Skarka de Poczenicz, D. in Zielcz, ex Scholaſtico & Canonico factus Decanus An: 1540.

Okol: in Orbe Polon. Paproc: in Spec. Mor: *Melchior* Pirnus Decanus Olomucenſis, de cujus Nobiliſſimo genere multa Okolsky, utì & Paprocius, Vir fuit doctiſſimus, & Stanislao Hoſio Cardinali chariſſimus.

Ex Præpoſitis Nicolaus An: 1251. quem fuiſſe Virum Nobilem, ditionum, quas Eccleſiæ Olomucenſi & in Bohemia & in Moravia donavit, multitudo demonſtrat.

Joannes An: 1352. Baro ex Familia Baronum Lomniciorum.

Herburt de Fulſtein, de quo antè diximus, ex Decano Præpoſitus.

Kunſſo de Zvvole, Decretorum Doctor, Auditor Sacri Palatij, poſtea Epiſcopus.

Joannes V. ex Familia Illuſtri DD. de Lomnicz, Præpoſitus An: 1451.

Benedictus de Waldſtein A. 1464. Vir doctiſſimus, poſtea Caminenſis Epiſcopus.

Henricus de Cunſtad Baro Archidiaconus A. 1553.

Andreas Pawlat de Berunie Equitum ſtirpe.

Zbignæus Berka de Dube, qui hunc honorem à Canonicis oblatum poſt aliquot annos dimiſit, cùm Eccleſiæ Olomucenſi ob alias majores curas vacare non poſſet, cui ſucceſſit:

Joannes Sternsky S. Theologiæ Licentiatus, Nobili in Sileſia loco natus.

Smil de Wiczkovva Archidiaconus Olomucenſis ex Nobiliſſima ſtirpe.

A. 156. Scholaſticus Eccleſiæ Olomucenſis nominatur *Nicolaus* Chiba ex præclara ſtirpe Equitum, qui hamum geſtârunt in Clypeo.

Joannes Grodecius, Vir genere, ſcientijs, ac præterea Vitæ innocentiâ, & probitate conſpicuus, poſtea ad Epiſcopatum Olomucenſem promotus.

Petrus Wlczek avitæ Nobilitatis, Scholaſticus Olomucenſis, & Prælatus An: 1583. creatur.

Sequentes ad noſtra uſquè tempora lubens prætereo: difficile eſt de viventibus ſcribere; illud tamen generatim dicendum, hoc in quo vivimus ſæculo (in quo *Fidelis Capituli* nomen meruêre Prælati) Eccleſiam Olomucenſem nihil prioribus ſæculis, neque ſcientiarum gloria, neque alijs Prælatorum virtutibus, multòque minùs Nobilitate quidquam vetuſtati concedere.

Cùm

Cùm agemus de Collegiatis in Regno Bohemiæ Ecclesijs, diligentiùs ista tractabo, & doctam legentium curiositatem abundanter explebo; hìc tantùmmodò prægustum quendam dare volui legentibus, ac demonstravi magnam habitam esse apud nos Nobilitatis in honoribus deferendis rationem, multa etiam in Stemmatographiæ sequentibus literis adferemus.

CAPUT. XI.

IN AULIS MAGNORUM PRINCIPUM MULTI EX Nobilitate Bohema prioribus sæculis gloriosè versati adducuntur. Equites Aurei Velleris ex Bohemia; *Equites Melitenses; Equites Ord. Tevtonici; Equites Calatravæ, & de Spada.*

Aulam esse *Collegium Gigantum*, Cornelius Agrippa Vir cæteroqui suspectæ, & sublestæ fidei non malè pronunciavit, quòd in ea omnia magna esse oporteat: Consilia, opes, gratiam, amicitias, & favores, & reliqua hujusmodi, nihil enim mediocre Aula patitur, & vel veris, vel etiam (quod multi in Aulæ tropicis educati perbellè simulare noverunt) falsis virtutibus authoritatem sibi parare opus est. Utinam pietas, fides, cæteræque virtutes in Aulis regnarent, meliùs profectò cum rebus humanis ageretur! adducam hoc loco Viros ê Bohemia Nobiles (Nobilitatis enim campus proprius Aula habetur) qui Magnorum Principum curas ad salutem populorum sapientissimè converterunt, & amabilem populis Principem reddiderunt, cum æterna nominis sui gloria; simul etiam nomina quædam eorum recitabo ex Nostris, qui Aulas Principum secuti præclarè munus suum obierunt. Aula nobilitatis campus.

Aulam Caroli IV. in Vita Ernesti I. Pragensis Archiepiscopi descripsi, quod hìc repetere supervacaneum esse duxi, nomina Familiatum tantùm hoc loco exscribam, ex M. S. vetustissimo Codice, quem auro contrà servo, ubi Stemmata Familiarum suis quæque coloribus depicta visuntur.

Aula Bohemica Caroli IV. Rom. Imp. & Boh. Regis, ex Bohemiæ incolis constans; id est PARES, *Consiliarij intimi, Comites, Legati, cæterique Aulici Bohemi.* Aula dupl. Caroli IV. Imperatoris & Regis Bohemiæ. Ex M. S.

Domini *de Rosis* rubra Rosa in albo campo.

Domini de *VVartemberg*, linea per medium recta, campi duo flavus & inde niger.

Domini de *Landstein*, alba rosa in rubro.

Domini de Hazmburg, apri caput in albo campo.

Domini *de Sternberg*, Stella octangularis in cæruleo campo.

Domini *de Lippa*, Quercus in flavo campo.

Domini *de Sswibovv*, à dextris ruber campus, à sinistris in rubro campo tres albæ lineæ.

Domini *de Liticz*, in albo campo lineæ rubræ quatuor positæ à dextris deorsum incurvè descendentes.

Domini *de VVelbarticz* in albo campo corona regia inclinata.

Domini *de Ruckstein* manus cum malleo, quæ manus induta est habitum fossorum, campus ruber.

Domini *de Rabstein* in rubro campo Vomer albus.

Domini *de Strakonicz*, sagitta in flavo campo.

Domini *de Duba* sagitta antiqua rubra in albo campo, ùt Benedarum.

Domini *de Pardubicz*, Gallus albus in flavo.

Domini *de Guttenstein* in albo Campo tria cornua, velut Wrtbæi

Domini *de Novadomo* flava rosa quinque foliorum in cæruleo campo, in medio rosæ rubrum punctulum.

Domini *de VValdstein*, in flavo campo Leo coronatus cæruleus unicaudis.

Domini *de Zierotin* Aquila nigra in albo campo, per cujus medium linea flava.

Domini *deKunstad* albus Clypeus & tres lineæ nigræ.

Domini *de Sswamberg* Cygnus albus in rubro.

Domini *de Nachod*, in dextra clypei in campo cæruleo flava linea, in sinistra in campo flavo coronatus Leo stans in extremis pedibus. In secunda & inferiore parte clypei, idem inversum.

Domini *de Koldicz*, superior pars clypei: Campus flavus & in eo Leo niger coronatus medius tantùm, in inferiore parte in flavo campo tres nigræ lineæ.

Domini de *Cimburg* in campo rubro soleæ albæ Equestres.

Domini *de Straz*, in albo campo rosa nigra cum puncto rubro in medio rosæ.

Domini *de Dona* campus cæruleus & in eo cornua.

Domini *de Herstein*, in albo campo valde cornutus flavus hircus, aut Cervus exertâ lingvâ.

Domini *Flascæ*, in rubro campo Eqvus dimidius frenatus albus.

Domini *de Kragerz* clypeus supernè medius albus, inferiùs ruber.

Domini *de Horzowicz*, in campo flavo Corvus niger habens in ore annulum cæruleum cum gemma rubra.

Domini *de Kuchlicz*, in campo cæruleo Cervus flavus saliens.

Domini

Domini *de Panovicz*, medius campus dexter ruber, & alter albus, & in eo Aquila ſtans in rubro alba, in albo rubra.

Domini *de Lichtemberg*, Leo niger coronatus totus in campo albo.

Domini *Rozdielovvicz*, in campo cæruleo octangularis rota flavi coloris.

Domini *Mutina*, flavus Campus ſupernè, infernè niger.

Domini *de Czaſtolovvicz*, in cæruleo campo lineæ albæ quatuor, utì Dominorum Liticz.

Domini *Kruſſinæ*, in campo cæruleo albæ quatuor lineæ, quarum tres illuminatæ ſunt rubro nonnihil colore.

Domini *de Auſta* in campo flavo roſa cærulea.

Domini *de Daupovva* per campum flavum linea nigra I.

Domini *de Janovvicz*, Campus flavus, in eo tabula Scachidis nigra, & alba ſpatia.

Domini *de Czitovv* Clypeus medius flavus, medius ruber, Leo in eo coronatus in flavo medius ruber, in rubro medius flavus.

Domini *de Scherffenberg*, in campo cæruleo aurea corona poſita.

Domini *de Bibrſtein*, cornu unum velut corallium in campo flavo.

Domini *de Oſſek* in albo campo nigrum raſtrum.

Domini *de Zdeslai* in rubro campo albus aries ſtans in pedibus ultimis & bene caudatus & cornutus.

Domini *Milotæ*, in albo campo duæ palæ rubræ.

Domini *Bavorij* in nigro campo rota argentea cum flavis radijs ad fines argentata.

Domini *Sſmapolczkij*, in albo campo ſecuris lignatoria cærulea.

Domini *de VViſorzevvicz*, albus campus & in eo cærulea linea & rubrum quoddam ſignum inſtar cordis ſex interſtitiorum velut cortinæ.

Domini *de Reiferſitt*, in campo albo ignotus arboris truncus cum duobus folijs, albus totus.

Domini *de Zakavva*, media pars clypei à dextris infernè rubra, ſupernè alba.

Domini *de Trzeboticz*, Gallus albus in nigro campo.

Domini *de Mileticz*, in nigro campo tres argenteæ lineæ.

Domini *de Stiedra* in albo campo tres albæ lineæ.

Cornu album in nigro campo.
Cornu album in rubro campo.
Crates albæ in nigro campo.

His tribus clypeis nō eſt additū nomen.

Domini *de Hayko*, in cæruleo campo raſtrum flavum cum pluribus cuſpidibus.

In

In albo campo ruber quidam ascensus, ut Baronum *Sobek* in Silesia.

Domini *de Gvvolichen* in prima parte clypei in flavo quinque rubræ lineæ; è regione in albo campo Crux: in inferiore parte clypei idem, sed transpositum.

Domini *de Peskovvicz*, in nigro Clypeo flavus Unicornis.

Domini *de Prostiborz*, dextra pars clypei rubra, lineâ albâ divisa, quæ itidem clypei totam sinistram partem occupat.

Domini *de Bernaticz*, in albo campo ignota avis instar Gallinæ, vel Phasianæ.

Domini *de Sckrchleb*, in rubro campo, velut quoddam M. albi coloris.

Domini *de Bernardicz*, album medium Insigne, in altera sinistra parte, in albo tres nigræ lineæ à summo deorsum tendentes.

Domini *de Temneritz* campus albus & niger in dextra parte, in sinistra campus cæruleus cum quadrante lunæ sursum obverso cornibus, & stella desuper sexangularis, in inferiore parte clypei quæ dextra erant, sinistra fiunt.

Domini *Cztiborij*, in campo cæruleo tres Lunæ quadrantes sibi cuspidibus aversis.

AULA CAROLI IV. ROMANI IMPERATORIS *Bohemiæ Regis, sive Curiæ Cæsareæ ex Imperio.*

OFFICIALES, ORDINARII, *ac* EXTRAORDINARII, *Comites, Asseclæ.*

Dux Brabantiæ. Dux Görlicensis.
quia ex Sangvine Imperatoris.
Archiepiscopus Moguntinus. Patriarcha Aquilegiæ:
ex Sangvine Imperatoris.
Dux Saxoniæ. Marchio Brandeburgi.
Dux Austriæ. Patriarcha Alexandrinus.
Dux Bavariæ. Archiepiscopus Pragensis.
Episcopus Wratislaviensis. Episcopus Olomucensis.
Episcopus Litomislensis. Præpositus Wissehradensis.
Commendator Teutonicus. Generalis ad Pontem Henricus Wratislaw.

Dux Brigæ. *Dux* Lignicij.
Dux Svvidnicij. *Dux* Teschnæ.
Comes Masoviæ. Comes Anhald.
Comes Helffenstein. Comes Waldek.
Comes Ortemburg. Comes de Fürstenberg.

Co-

Comes Ciliæ.	Comes de Glichen.
Comes Barby.	Comes du Leinigen.
Comes de Kiburg.	Comes de Henneberg.
Comes de Homburg.	Comes de Ortemberg.
Comes de Sponhaim.	Comes de Stolberg.
Comes de Tockenburg.	D. de Waldburg.
Comes de Werthaim.	Comes de Montfort.
D. de Werenburg.	D. de Ritemberg.
D. de Columnis.	Comes de Mansfelt.

Abſolvi Aulam Caroli IV. Rom: Imper. & Boh: Regis prout in M.S. Codice inveni, quibus, quàm plurimi ex Nobilitate adjici poſſunt diverſis annis in *Aulam Caroli* recepti (ut V. G.) Thymo de Kolditz Imperialis Cameræ Magiſter apud Carolum IV. Petrus de Janowicz Sereniſſimæ Principiſſæ & DD. Annæ Rom: Imp: & Boh. Reginæ Curiæ Magiſter. Succedant Aulæ aliorum Regum ac Principum, prout in Notatis meis deſcriptas invenio; hoc ante omnia dicendum: omnes propè, qui priore ſæculo, aut ſub Maximiliano adhuc tantùm Archiduce, ſub Ferdinando Ferdinandi Cæſaris Filio, ſub Carolo, aliisque Archiducibus haſtis decurrerunt (quod ut ante dixi, Turnir vocant) domeſticos eorum Principum & Aulicos fuiſſe, ut ex eorum in Aula miniſterijs & titulis patet. conſulendus eſt igitur Liber II. Miſcell. Dec: I. in quo ludos illos haſtarum & torneamenta deſcripſi.

Lit. publica Lit: D. de Michlsperg An 1361.

Aulici alio rũ Imperatorũ & Regum ex Bohemis.

An. 1562. In coronatione Maximiliani II. Francofurti cum Ferdinando Patre & Cæſare Aulici recenſentur plurimi ex Bohemis Nobilibus apud Imperatorem Ferdinandum: Sebaſtianus Comes Guttenſteinius, Ladislaus Popel de Lobkowicz Aulæ Mareſcallus, Berka Camera Magiſter, Wenceslaus Holiczky, Hiſrle de Chodow, Joachimus Cancellarius Regni.

Aulici apud Maximilianum Imp.

Eodem anno cum Maximiliano Rege 23. Octob. advenêre Francofurtum: Mauritius Comes Schlick, Wratislaus Pernſtein Supr: Stabuli Præfectus, Georgius Proſkowsky, Petrus de Rozmberg, Bernardus Zierotin, Wenceslaus de Bozkowicz, Wenceslaus de Dona, Joannes Wſſembera, Henricus Schleinitz, Georgius de Martinitz Dapifer, Joannes de Wartemberg &c.

In Libro de *Bello Saxonico Nicolai Mamerani* nominantur Aulici quidam è Bohemis Ferdinandi I. Abundus Comes Schlick, Wilhelmus Baro à Kraick, Joachimus Baro à Mezericz Maximiliani Archiducis Dapifer. Wratislaus à Pernſtein, Georgius Lokſſan Bohemiæ Vice-Cancellarius. Zdenko Berka Cubicularius Ferdinandi I. Pocillatores ejuſdem, Carolus Baro Zierotin, Bertholdus de Lippa Supr: Mareſcallus Regni Bohemiæ, & D. de Smirzicz Baro, & Dapiferi Haſm-

Colon. 1550. impreſſo. Aulici apud Ferdinandum I. ex Bohemis

Hazmburg, & Wrbna à Freidenthal. Inter milites Ferdinandi I. præsentis: Wolf senior Baro de Kraick Burggravius Regni, & primarius Tribunus subsidij Equestris & Pedestris Bohemorum, cujus locumtenens Carolus Zierotin Marescallus campi in Voitlandia, absente Rege; Jacobus Baro à Maltzan. præsente: Zbinek Berka. Consiliarij Militiæ: Wolf Kraigk, Christophorus Hassenstein, Caspar Rziczan, Zbinek Berka, & Jacobus Maltzan. Stipendiarij de suo ex Bohemis: Carolus Zierotin gravis Equitatûs Locumtenens, Ulricus à Sternberg, Joannes de Weitmil, Nicolaus de Hazmburg, Wenceslaus Popel, Ludovicus Holiczky, Litwinus de Lobkowicz, Ladislaus Popel. Tribunus trium signorum pedestrium: Wenceslaus Baro de Rabenstein. redeo ad vetera.

Milites Aulici apud Reges.

Magnum fidei suæ in Reges documentum edidêre Aulici illi & Aulam sequentes, qui cum *Regibus* & pro *Regibus* in Bello ceciderunt, neque extremo vitæ periculo deterriti; nonnullos in exemplum adducam hoc loco: An. 1333. Sub Joanne Rege aliàs fortunato Principe, Joannes Filius Benessij Wartembergius, Jarosś Frater Marzikij de Wlassim, Jeśko de Policzan, Zbinko de Dubrawicze, Daniel de Kostelecz &c. pro quibus quotidianum piaculare sacrum præsente pecuniâ fundavit Crembsij Joannes Rex.

Papr. in Bar. f. 262.

Extremum quod Regi debebant obsequium approbarunt heroës illi ex comitatu Aulico, qui Joanne Rege in Cressiaco Bello cadente, ipsi etiam pugnantes decorâ morte periêrunt: Henricus à Rosis Petri filius. Joannes Henrici Lichtemburgi Filius, Hermannus Junior de Miliczin, Plichta Zierotin (alius ab illo qui occisus est 1319.) Joannes Zavissæ Rosenbergici Filius Prior Strakonicensis, Walkaun de Borzessin. Geśko de Rozdialowicz, Zawiś de Gimlin. *Dalibor* de Kozoged. Kunacz de Pawlowicz aliique plures, quos in Epitome nostra ad A. 1336. recensui; omnes Lucemburgi in æde maxima Beatæ Virgini consecrata cum clypeis suis honorificè tumulati.

Welesl. in Calen. ad 17 Aug. f. 454

An. 1420. Infrà Wissehradum Pragæ infeliciter cum Pragensium & Taboritarum *Ducibus* conflixit *Sigismundus Imperator*; cæsi ex Nobilitate Aulica, quorum præcipui pedites (ut fidem suam *Domino* Cæsari approbarent) prælium inivêre, & Sigismundo vidente & inter primos fugiente cæsi sunt, quorum numerus ad viginti quatuor ascendit ex Bohemiæ & Moraviæ Proceribus: Henricus de Krawarz, Jaroslaus de Wesele, Woko de Holstein, Henricus de Krumlow, Hinko de Malenowicz, Nicolaus ab *Hazmburg*, Albertus de Chotienow. Petrus Sternberg de Konopist, Wilhelmus ab Hazmburg de Zidlochowicz, Raczek de Ryzmberg, Wenceslaus de Kluczowa, Henricus Lefl Bechinæ *Dominus*, Tobias de Czerna hora, Joannes de Micha-

Welesl. in Cale. f. 484. Papr. in Spec. Mor. f. 304.

chalowicz, Alſſo Krk de Sobieſſin, &c. qui apud Weleslawinum & Paprocium enumerantur.

An. 1526. Cæditur à Turcis, & perit in Palude Rex Ludovicus; ante eum in ipſius Regis conſpectu: Stephanus Comes Schlick, Joannes Buſſtiehradsky de Kolovvrat, Jacobus Wrzeſovvecius Subcamerarius, Henricus Kutnaur &c. *Welesl. in Cal. f. 457.*

Sed felicius rem egerunt itidem ex Nobilitate noſtra, qui Regibus ſpectantibus magna in prælijs virtutis ſuæ ediderunt ſpecimina, eóque meritò Equites aurati à Regibus creati ſunt A. 1319. Friderico Auſtriaco à Ludovico Bavaro cæſo Joannes Rex qui manu ſua cepit Henricum Auſtriæ Ducem in prælio, tum cæteri heroës ex Aulicis Nobilibus; Zdislaus de Dube, Jaroſs Lippæus, Bohuſs Wartembergius, Joannes de Waldeck, Jaroslaus Kolowrat, Henricus de Rziczan, Joannes & Georgius fratres de Klinſtein, Bohuſs dictus Lekno de Rziczan, Henricus Letowecz de Bozkowicz, Marzik de Krawihora, Wilhelmus de Lomnicz, Smilo Namieſtius, Joannes Lichtenburgius, Boczek de Kolowrat, Ulricus de Ludanicz, Mauritius de Kunſtad, Georgius de Sselenberg, Przemislaus de Waldeck, Joannes de Bozkowicz, Georgius de Sovvenicz, Burianus de Richnovv, Stephanus de Tempelſtein, Henricus & Putha Fratres Theobaldicij, Joannes de Martinicz, Wenceslaus de Duba, Bohuſs Krabicze de Weitmile, Przemyslaus de Hradek, Georgius de Hrochovva (Harrach) Nicolaus de Hodkovva, Burianus Kaplirz, Hinko & Joannes de Longavilla, Nicolaus de Tiſovva, Vitus de Sslovvicz, Georgius de Bukovvina, Georgius Ssvvabensky, Nicolaus Czeika, Nicolaus de Wiczkovva, Joannes de Wichrovva, Boczek de Taſovva, Dobeſs de Biſtricze, Joannes Herald de Kaunicz, Waczko de Namieſt, Georgius Starodubsky de Honbicz, Burianus Ssmuharz, Joannes Cihelka de Rohovva, Wenceslaus de Chomolna, Joannes Duſſik de Chraſtini, Petrus de Strazku, Witoslaus Kameniczky, Zdislaus de Kornicz, Dobeſs de Makovvan, Georgius & Theobaldus de Humniſſt, &c. *Aulici Bohe: Equites aurati creantur.* *Papr. in Car. f. 120.*

An. 1355. Poſt Gambacurtos devictos Piſis, Equites aurati, creati à Carolo IV. hi nominantur: Henricus de Novadomo, Czenko de Lippa, Beneſs de Kolovvrat, Georgius Kaplirz, Buſsko de Hodkovva, Jaroſs Kapaun de Svvogkovva, Marzik de Habrzinka, Zdenko de Lomnicz, Smilo de Dubravvitz, Beneſs de Lomnicz, Zibrzid de Givvgan, Buczko de Wiczkovva, Wilhelmus Waneczky, Joannes Waleczky, &c. Hi omnes ex Aulico Caroli IV. comitatu. *Papr f. 163.*

CATALOGUS EQUITUM AUREI VELLERIS ex Nobilitate Bohemiæ.

MAgnam dignitatem magnúmque decus Europæ totius ſenſu continet *Aurei Velleris* collatio â Burgundica Domo Regum Hiſpaniæ, quo etiam honore ob virtutem aliquot ex Nobilitate noſtra ſunt ornati.

I. & II. Equites exiſtimo fuiſſe: *Leonem de Rozmital, Reginæ Johannæ Conjugis Georgij Podiebradij Bohemia Regis Fratrem*, tum ejus Leonis Patruelem & itineris Comitem *Joannem de Zbiroh Hazmburgium*, qui duo cùm Aulas prope omnium Evropæ *Regum ac Principum*, ut erat tunc mos, obirent, ad oſtentandam in Exercitijs Equeſtribus fortitudinem & dexteritatem, ad Aulam etiam *Philippi Burgundiæ Ducis* (*qui Ordinem Aurei Velleris* inſtituit, & cujus Aula pleniſſima fuit fortiſſimis & ſpectatiſſimis Heroibus) acceſſerunt, & ex provocatione *Torneamenta*, ut vocabant, celebrârunt; quo in certamine omnes vicerunt, & equis deturbârunt, uno eorum tantum ſemel dejecto cúmque nullus ampliùs ſupereſſet, qui concurreret, alter eorum concitato adverſus murum equo haſtam ante ſe tanto impetu in murum impegit, ut fruſtatim uſquè ad manubrium frangeretur, Equo in clunes cum poſterioribus pedibus ſubſidente; quo ſpectaculo virtutis expertæ attonitus *Philippus Bonus Burgundiæ Dux* (ſocio non inferiora præſtante) utrique manu ſua Auream Torquem injecit, ut diſertè, omnibus adjunctis An. & die ac cæteris commemorat Vir fide digniſſimus *Stanislaus Pavlovsky Epiſcopus Olomucenſis* in Itinerario Domini Leonis, Quod verò in Hiſtoria hujus Ordinis horum duorum Equitum nomina non leguntur, vel negligentiæ Scriptoris imputare debemus, vel quia ipſo Ordinis initio, præcipuè Exterorum nomina non invênit. quidquid ſit, ab eodem *Philippo* dignos habitos quibus Torquis aurea *fortiſſimorum Equitum præmium* offerretur, certiſſimum eſt.

III. *Aurei Velleris Eques*, etiam in Hiſtoria Ordinis omiſſus, eſt *Joannes* ejus nominis Tertius *Borzita Dominus de Martinitz*; ejus honoris ergò in Arce Smeczna viſitur Clypeus antiquiſſimâ pictoris manu, aureo Agni vellere cinctus; item in Sacello S. Annæ, quod ibidem extruxit *Joannes, Caliculus* Sacerdotalis, cum inſignibus Gentilitijs Martinitiorum addito Aureo Vellere, ſed potentior eſt Authoritas Auguſtiſſimi *Ferdinandi III. Imperatoris*, qui in litteris ad *Philippum IV. Hiſpaniæ Regem*, quibus *Georgio de Martinitz* eandem dignitatem impetravit, apertè nominat *Joannem Borzitam de Martinitz Vellus Aureum â Burgundiæ Ducibus* datum geſtaviſſe.

visse. De tempore controverti potest: olim in ea Sententia fui, *Joannem Borzitam* cum Domino *Leone* Vellere Aureo à *Philippo Burgundo* donatum esse, sed dubitare nunc me facit *Pavlovius*, qui in sua Historia nullam ea de re facit mentionem, cùm minutiora quæque percenseat. Crediderim ipsum *Joannem Borzitam* qui fuit *Georgij Bohemiæ Regis Marescallus, & Reginæ Joannæ supremus Aulæ Præfectus* adiisse Aulam *Philippi*, & suâ virtute, & Regis ac Reginæ commendatione illam *Auream dignitatem* consecutum. Multas terras hunc *Joannem III.* peragrasse, & in *Aula Regum Hispaniæ* vixisse dubium esse non potest, cùm rediens *ab Hispania* Oppido suo Arci Smecznæ subjecto, nomen Hispanicum imposuerit, *Muncifay* appellans, quo nomine hodiéque Oppidani gáudent, & in memorijs antiquis atque etiam in nundinalibus Libris *Muncifay* nuncupatur. *Epit. Histor l. 5. cap. xi*

Qui sequuntur *Aurei Velleris Equites*, omnes in Historia Ordinis leguntur:

IV. *Joachimus de Nova domo Supremus Regni Bohemiæ Cancellarius*; Vir maximæ Authoritatis, Nobilitatis, & Prudentiæ, ut dubites, utrum illo honore sit ornatus magis, quàm ipsemet honorem hunc ornaverit. Tragica infelicitas *magnum Virum* sustulit è medio, cùm fracto repentè *Danubiano ad Viennam ponte* in flumen auctum aquis incidit & mersus est, toto comitatu equitum, & pedisequorum (uno Ephebo excepto) periculum evadente. *An. 1565. 12. Dec.*

V. Literæ Rudolphi II. Cæsaris (quod etiam Pardubicenses picturæ & Sepulchrum ostendunt) *VVratislaum de Pernstein* itidem *Supremum Regni Cancellarium, Aurei Velleris Equitem* nominant. de quo in Stemmatographia. *Welesl. in Calē. 9. Iul.*

VI. & VII. In Weleslawini Calendario legimus *VVilhelmum de Rosenberg Supremum Burgravium Pragensem, & Leonardum Seniorem Baronem ab Harrach Rudolpho Cæsari* ab Intimis Consilijs, *Equites Aurei Velleris* creatos: quæ vellera *Ferdinandus Archi-Dux Austriæ, Philippi secundi Catholici Regis* nomine 3. Junij in Basilica S. Viti contulit. An. 1585.

VIII. Ex nostris præterea *Aurei Velleris Eques* nominatur *Adamus Dominus de Nova domo.* timidè hunc adijcio unius *Crugerij Authoritate*; videtur exiguo tempore honore illo gavisus, designatum tamen illi fuisse ab Hispania Aureum Vellus omnes Memoriæ scriptæ consentiunt.

IX. *Carolum de Lichtenstein*, dum turbata Bohemia componeretur Gubernatorem Regni Aureo Vellere insignivit Hispania.

X. *Zdenkonem Adalbertum Popel de Lobkovvitz*, etsi nondum Principem ob magna in domum Austriacam merita, & singularem fi-

dem *Aureo Vellere* insignitum omnes scimus, ejúsque Clypeum hâc prærogativâ fulgentem spectamus.

XI. *Albertus de VValdstein Fridlandiæ Dux* inter alia præmia & honores hoc quoque ab Hispania munus accepit.

XII. *Henricus Comes Schlick*, Alberti Ducis primò Marescallus, deinde etiam proprijs auspicijs Cæsarei Exercitûs Ductor, ac tandem Bellici Consilij summus usq; ad mortem Præses, *Aureo Vellere* insignitus processit.

XIII. Eundem honorem pacatis virtutibus meruit *VVilhelmus Comes Slavata* fide in *Cæsares Austriacos Rudolphum Secundum, Mathiam Primum, Ferdinandum secundum* spectatissimus & ob eam maximè causam ex altissimis *Arcis Pragensis fenestris à Rebellibus* præcipitatus in certam mortem, nisi eum bono *Religionis, Patriæ & Posteritatis Divinitas* incolumem servâsset.

XIV. Perinde ut *VVilhelmus Supremus Bohemiæ Cancellarius* à *Philippo III. Hispaniarum Rege* Aureo Vellere donatus est, æquè *Georgius Comes de Martinitz Jaroslai Burgravij supremi Filius* (Patre, ut narrant, oblatum sibi honorem Aurei Velleris recusante, & in Filium multis precibus apud *Hispanum Regem* transferente) *à Philippo IV.* magnis suis & Patris meritis, *Cæsare Ferdinando III.* procurante obtinuit.

XV. Fratre *Georgio de Martinitz Cancellario*, cum summo dolore Patriæ (cujus erat amantissimus, neque cessabat ejus commoda providere, & ab adversarijs defendere) extincto, in Supremis Patriæ officijs gratiâ Cæsarum positus, hoc quasi honorarium munus *Aureæ Torquis & Velleris ab Hispania* transmissum accepit, *Bernardus Ignatius Comes à Martinitz.*

XVI. Seriúsne, an citiùs, meminisse non possum, ad eundem honorem pervenit *VVenceslaus Evsebius Dux & Princeps de Lobkovvicz Saganensis*, quem in summo Aulæ Culmine stantem vidimus postea privatum in ditione Raudnicensi sua, procul omnibus Aulæ negotijs consenescentem.

XVII. Jam *Humbertum Czernin* splendidissimis legationibus perfunctum, & alioqui â prima Juventute *Cæsari Augustissimo Leopoldo I.* adstantem Ordinis hujus insignibus exornavit Hispania.

XVIII. Memoriæ senilis defectu Ordinem Equitum illorum non teneo; sed in hac re præjudicare nemini possum, scio tamen *Illustrissimum & Excellentissimum Comitem Carolum de VValdstein*, â Legationibus ad diversos Evropæ Reges & Principes felicissimè obitis Orbi notissimum in Aureo Vellere spectari.

XIX. *Hertvigius de Nosticz S. R. Imperij Comes, Regni Bohemiæ*

sum-

ſummus Cancellarius, eam quoque dignitatem beneficio Domûs Auſtriacæ geſſit.

XX. *VVratislaum de Sternberg Comitem*, *Regni ſummum Burgravium* Aureo Vellere torquatum videmus & ſuſpicimus.

TEMPLARII.

EQuites Templarij quorum omnis memoria extincta eſt, in Bohemiam ingreſſi An. 1249. primúsque eum ordinem induxit *Petrus Berka de Dube & Lippa*, primúsque eorum Generalis fuit. *Equitum Templariorum Sedes*, ſeu ùt vocabant, *Commendas*, enumerat in fine Annalium ſuorum *VVenceslaus Hagecius*; quarum maximam partem dum ordo extinqueretur, ad ſe traxit *Joannes Rex*, aliquam etiam ad eas Familias, quæ primitùs fundaverant, paſſus eſt devolvi.

EQVITES RHODII, SEU MELITENSES.

Cùm *Grandem Prioratum Strakonicij* ab annis ampliùs quadringentis fundatum, habeat Bohemia, magnum numerum Grandium Priorum ex *prima & lectiſſima Procerum Nobilitate* adducere poſſum, qui hoc onus cum maxima dignitate, & commendatione bellicæ virtutis obierint; ſed hoc labore nominandi hoc loco ſuperſedeo, cum Dec: I. l. 8. eorum Indicem contexuerim. *Familiæ de Roſis & de VVartemberg* numero *Grandium Priorum* reliquas Bohemiæ ſuperant; quibus addi poteſt *VVratislaviana*, quæ noſtrâ ætate complures habuit *Grandes Priores*, ut ſuperiores ætates prætercam, nominatim ſucceſſivè duos Illuſtriſſimos Fratres *Adamum* ſcilicet & *VVratislaum S. R. I. Comitem* utrumque. Hos non longo pòſt intervallo ſecutus eſt *Comes Franciſcus VVratislavv de Mitrovicz.*

EQVITES TEVTONICI.

HI *Equites in Bohemia* ultra duodecim *Commendas* ſeu *Cœnobia* habuerunt, quas enumeravi *Miſcellaneorum* Tomo V. Tit. 32. §. 9. ibidem multi nominantur ex *Nobilitate Bohema Teutonici Ordinis Commendatores*, *Priores*, *Provinciales*, ut *Vlricus Sezima de Auſti Baro Ord. S. Mariæ Tevtonicorum per Bohemiam & Moraviam Provincialis*, *Tom. 9. D. 3. Erect.*

Albertus de Duba (non Berkianæ ſtirpis. ut per errorem olim ſcripſeram, ſed *Mraczkianæ*) *Baro Commendator Tevtonicorum per Bohemiam & Moraviam*, Sunt ibidem alij plures, quorum nomina non vacat deſcribere.

EQVITES CALATRAVÆ.

HEnricus VVolff Comes Hovvora Eques S. Jacobi de Gallitia S. C. M. Consiliarius Actual: Camer: Judicij Assessor, Locumtenens, & Cameræ Præses in Regno Bohemiæ. vixit An. 1647. *Zdenko Novobradsky de Kolovrat* Eques S. Jacobi del la Spada, & alij complures.

CAPUT. XII.

GLORIA NOBILITATIS BOHEMICÆ à LEGATIOnibus splendididissimè non minùs, quàm prudenter & feliciter obitis ad Romanum Pontificem, ad Imperatores, & Reges, ad Græcorum Imperatores, & Tyrannos Turcarum, ad Poloniæ Regem, & Rempublicam, ad Imperij Comitia, aliáque hujus modi. quid sint Korauhewnj Pánj / Frey Panner-Herrn.

QVantum in educatione & institutione teneræ ætatis insit boni, quantúmque ea ad virtutem conferat, omnibus paginis Sapientissimi Viri docuerunt, ac præcipuè optimus optimi *Trajani Magister Plutarchus* singulari Libro, quem de *Liberorum educatione* conscripsit: sicut enim in erudito Geometriæ pulvere *linea, puncti fluxus* appellatur, útq; si recta duci cœperit propè in infinitum semper sibi similis, & recta evadit; ità educario bene, & cum virtutibus inchoata in omnem reliquam vitam (nisi malorum societate in transversum agatur) protenditur, ut portenti quædam species haberi possit, bene institutum, & informatum pectus subitò mutari, & à se discedere; perinde ingenua & liberalis educatio plerumque ea consectatur, quæ prima habuit, eósque ut lana imbibit colores, & quia magnis rebus videndis & audiendis adhibetur, quendam magnitudinis genium domi addiscit, quem viles & humiliter educatæ animæ, vix tandem longo temporis tractu assequuntur, & in mores inducunt. Eam morum civilitas, & liberalis quidam agendi, & loquendi modus exporrectum & experrectum negotijs omnibus vigorem addit, & gratiam, & dexteritatem, & libertatem efficit, ut propè Nobilitati connaturale sit in magnis rebus versari, *qui enim magna cupit efficere*, ut quodam loco loquitur *Causinus*, *eum oportet cum magnitudine Commercium habere.* Porrò inter res magnas *Legatio ad Reges & Principes* primum obtinet locum, quam semper ferè à Regibus Nobilitati oblatam vidimus & legimus. Neque hoc decus Nobilitati nostræ unquam defuit: adferam, quæ in Adversarijs meis annotavi, ut, vel his

Educationis figura est linea perpendicularis.

Nobiles aptissimi ad Legation:

Caus. in Aula Sancta.

pau-

pauculis exemplis cognitis constet, quantam aptitudinem ad res gerendas Bohema Nobilitas omni ætate attulerit.

An. 1042. à *Brzetislao Duce* nostro ad *Henricum Cæsarem* in gravi negotio belli & pacis mittuntur ex Nobilitate Procerum: *Petrus Berka*, *Mathias Hovorecz*, & *Vitus Strazæus*, felicitérq; viam paci apud Cæsarem sternunt. Legati ad Henricum Imper. *Hagec. in Annal. Papr. in Bar.*

An: 1165. in Græciam: *Fridericus Berka Drzevicij Dominus*, *Henricus VVeseliczky*, *Bornik de Dvorzist Borinie*, *Henricus de Robaus* cum ducentis Equitibus deducunt Helenam Petro Constantinopolitani Imperatoris Nepoti desponsam. In Græciã. *Hag. in An.*

An. 1182. Pro *Friderico Interrege ad Imperatorem Fridericum Barbarossam* irritabilem Imperatorem Legati mittuntur: *Henricus Vitigo Novodomæus*, *Zdislaus Lippæus*, *Zbino Dubæus*, *Brzetislaus Ssvibovius*, *Znabog de Longavilla*, *Domahost de Otradovicz*, duo ultimi ex Equestri, reliqui ex Procerum ordine. Ad Fridericum Imp. & ad cæteros Imper.

An. 1222. Loco Przemyslai III. Regis ad Coronationem Cæsaris *Henrici Barbarossæ* filij cohonestandam Argentinam missus est: *Brzetislaus* Frater Theobaldi cum ducentis clypeis. *Hag. Papr.*

Paulò ante mortem *VVladislai II. Regis* Legati missi, ad Imperatorem Barbarossam pro Friderico, ut Patri succederet: *Fridericus Episcopus Pragensis*, & *VVanko Hroznata Comes Mielnicensis*. *Dubra. L. 13*

An. 1310. Pro Rege *Joanne* impetrando ab Henrico Imperatore missi ex Proceribus, præter tres Prælatos, *Joannes de Wartemberg*, *Wilhelmus ab Hazmburg*, *Bohuslaus de Smirzicz*, & alij. *Dubr. L. 19.*

An. 1355. Pro corpore S. Viti impetrando Doctissimi ex Nobilitate Viri ad Papienses à Carolo IV. Cæsare: Bohuslaus Præpositus Litomericensis, Joannes de Wartemberg, ejusdem Ecclesiæ Canonicus, Petrus de Ssellenberg, Nicolaus de Landstein Barones, Wenceslaus de Sswabenicz, Przemyslaus de Honbicz Equites, ablegantur. *Hag. in An. Pap. in Bar.*

An. 1350. Reliquias Imperiales è Bavaria adfert: *Joannes Olomucensis Episcopus*. Item à Ludovico Ungariæ Rege Mappam Cœnæ Domini: *Wilhelmus Landsteinius Wissebradensis Præpositus*, & *Tobias de Kamenicz Barones*. *Hag. in An.*

An. 1281. Ad Ottonem Brandeburgicum Legatus *Zdislaus Berka*, qui, ut Wenceslaus Rex parvulus Bohemiæ reddatur, eloquentissimè peroravit, & impetravit.

Ad Electionem *Adolfi Nassavij* in Romanorum Regem missi sunt, An. 1293. Francofurtum: *Hermannus de Lippa* supremus Camerarius, *Albertus ab Hazmburg* Burgravius Cadanensis, *Tobias Bechinæus* Burgravius Fraunbergensis Barones.

An. 1442. ad Fridericum III. Imperatorem pro Ladislao Rege

 pupil-

pupillo missi: *Meinhardus de Nova Domo* Baro, *Sokol*, *Jacobus Bilinensis de Wrzesovecz* Eques.

Legati ad Bohemos & ab his ad alios missi à Friderico III. Æneas Silvius, postea Pius II. Pontifex, Albertus de Eberstorff, *Procopius de Rabstein* Bohemus, *Henricus Truchses* Aulæ Cæsareæ Magister, cum quibus Benessowij colloquium habuerunt Legati Bohemiæ: *Georgius Kunstad, Henricus à Rosis, Alsso, Zdenko, & Petrus Sternbergici, Zbinko de Hazmburg, Joannes de Smirzicz, Joannes Czabelicky, Zdenko Kostka, Joannes Malovecz, Joannes de Hradek.* *Hag. Papr.*

Ad Concilium Basileam. An. 1443. è Comitijs ad *Fridericum III.* Imp. Legati: Ptaczko de Pirkstein, Georgius Weissenburg Barones, Jacobus Wrzesowec, Bohuslaus Kostka de Postupic Equites.

Hag. Papr. An. 1437. ad *Concilium Basileense*: Petrus de Wartemberg, Przibik de Klenowa, cum Sacerdotibus utraquistis.

Papr. An. 1421. ad *Sigismundum Imperatorem* Legati à Comitijs: Henricus Rozmberg, Czenko Wartemberg, Wilhelmus ab Hazmburg: Joannes Miestecky, Putha de Czastolowicz Barones.

An. 1440. ad *Albertum* Bavariæ Ducem: Udalricus à Rosis, Meinhardus de Novadomo, Hinko Ptaczek, Georgius Podiebradius, Bohuss Kostka, Hinko Wambersky, &c. &c.

An. 1471. Pro Rege *Wladislao* Cracoviâ Pragam adducendo: *In Polonia* Cztibor de Cimburg Promarchio Moraviæ, Nicolaus de Landstein, *Welesl. in Cal. f. 329.* Henricus de Smirzicz, Paulus Præpositus in Zderas, Bernardus Berkow de Nasyle Capitaneus Oppaviensis, Beness de Ostromirze, qui postremi duo Equites.

Ad ordinanda Silesiæ Comit. Legati ad *Wenceslaum* Cæsarem & Regem ut Pragam veniat, A. 1417. Georgius de Hradek Eques (qui peroravit ad Regem sangvinarium) Jost de Czastolowic, Wilhelmus Sswihowsky.

An. 1420. *Wratislaviam à Sigismundo* Cæsare ad judicia Mercatoribus statuenda: Henricus de Lippa Marescallus, Albertus de Koldicz supremus Camerarius, Nicolaus Lobkowicz Scriba Regni, Henricus de Lazan Capitaneus Wratislaviensis, Joannes de Kostelecz, Hinko de Lazan Capitaneus Swidnicensis.

Ad Philippū Lucēb: Pap. in Eqv. f. 43. An. 1455. Legati Ladislai Regis ad *Philippum Lucemburgicum* ratione Comitatûs ejusdem: Ludovicus Palatinus, Przibik Klenowius, Joannes de Rabstein, Apollonius Wicztum, Henricus de Gerow, Joannes de Lippa, Gregorius de Heinburg J. U. Doctor, cæteri Consiliarij Regis.

Ad Regem Galliæ. Welesl. in Cal. f. 526. An. 1457. Pro Magdalena *Caroli VII.* filia ad Regem Galliæ in Bohemiam deducenda Sponsa: Zdenko de Rozmberg, Burgravius Regni, Udalricus Passaviensis Episcopus, & alius Waradinensis.

An.

An. 1454. Elisabetham *Alberti Cæs. Filiam*, Ladislai Regis nostri Sororem *Casimiro Regi* Cracoviam deduxerunt: Henricus senior de Rosis, & Zdenko à Sternberg. In Poloni:

Missi ad *Papam* An. 1462. Procopius Rabstein, Zdenko Kostka, Ulricus Malowecz cum Sacerdotibus utraquistis ratione Compactatorum. Ad Pont. Rom.

Ad Comitia Imperij A. 1582. Missi: Bohuslaus de Hassenstein Camerarius Regni, Joannes Wchinsky Burgravius Carlsteinæ, Christophorus Pettengel Civis Pragensis ditissimus. Ad Comitia Imperi:

Ad *Turcicos Imperatores* hoc & priore sæculo Legatos aliquot Bohemia dedit, novissimus ex nostris: Hermannus Czernin Comes semel atque iterum eâ legatione perfunctus, periculis gravibus superatis, insignem tamen Imperatoribus operam præstitit. Ad Turc:

Abrahamus de Dona Dominus Wartembergæ, Lusatiæ Exarchus, Eques Aurei Velleris, Legatus ad Regem Poloniæ, itémque ad Magnum Ducem Moscoviæ, quàm gloriosè & feliciter eam Legationem obierit, in historia eorum temporum legimus; ea Legatio ad finem prioris sæculi sub Rudolpho II. Cæsare peracta est. Iterum ad Reg. Polō. *Papr. in Donais.*

An. 1421. ad Czaslaviensia Comitia Sigismundus mittit Alssonem Holiczky de Sternberg, & Putham de Czastolowicz. *Hag. in An.*

An. 1521. Ex Comitijs ad Ludovicum Regem mittuntur ut in Bohemiam veniat: Wenceslaus Kossateczky de Kolowrat, Michaël Slavata de Chlum, Radislaus Berzkovsky Scriba Regni. Ad R. Ludovicum. *Hag. in An.*

Ex Comitijs ad Maximilianum Viennam An. 1577. mittuntur: Georgius ab Hazmburg Mſenæ Dominus, Bernardus Hodiegovinus. Ad Cæsares iterum *Welesl. in Cal. f. 427.*

In turbatione Regni An. 1547. mittuntur ad Ferdinandum I. Adamus de Sternberg D. in Zelena Hora Burgravius in Carlstein, Joachimus de Nova Domo, Wenceslaus Zevssiczky, Joannes Wrabsky. *Welesl. in Cal. f. 275.*

An. 1446. ex Comitijs Pragæ habitis pro Ladislao Rege Pragam invitando, mittuntur: Henricus de Straz, Albertus de Kolowrat (hunc puto esse qui est Krupnæ pictus) Joannes de Malowicz, Mathias de Chlumczan.

An. 1459. Pius II. Papa Apostolicas literas mittit inscriptas Joanni à Rosis, Zdenkoni Sternberg, Henrico Michalowicz, Zdenkoni Michalowicz, Zdenkoni Hazmburg, quas recitat Paprocius. *Papr. in Bar. f. 29.*

Plura exempla Dominorum & Equitum Bohemorum qui præclarè Legationes obiverunt adducere possem, & in Adversarijs meis jam annotata sunt; hæc sufficient, ut de æstimatione Nobilitatis & aptitudine ad res gerendas conjecturam facere possint, qui hæc legerint. Jam ad alia quædam Nobilitatis nostræ decora faciamus gradum.

Emit Oppaviensem Ducatum Nicolaus Trczka & emtum suo ære donat

Mira:amor Equitis Bohē. in Regē ſuum. *Papr. in Bar. f. 369.*

donat Wladislao Regi Bohemiæ An. 1509. ſubſcripti: Albertus Kolowrat Libſteinij & Krupnæ Dominus Cancellarius Regni. Nicolaus de Honicz Scriba Regni. Joannes Janowsky de Suticz Ssumbergæ *Dominus.* Joannes Litoborsky. mirabilis Trczcæ in ſuum Regem amor, qui tantum Pricipatum donaverit Regi ſuo.

Liberatores Brixiæ adverſus Huſſitas obſidentes ex Nobilitate Catholica: Hlawacz de Dona, Sigiſmundus Dieczinsky, Beneſs. Nicolaus Chudy de Haſſenſtein. ita Chronicon M. Laurentij.

Papr. in Equ.

Duces Georgij Regis adverſus Ungaros, quos etiam profligarunt A. 1459. Jenik & Andreas Kluſſakij Equites.

Literæ à Concilijs ſcriptæ ad aliquos ex Bohemia. *Papr. in Bar. f. 80. 81 Weles. Cal: f. 174. Epit. L. 3. c. 15. in Not.*

Literæ à Concilio Conſtantienſi ſcribuntur ad Wilhelmum, Jaroslaum & Nicolaum fratres de Hazmburg ut Romanam Eccleſiam defendant An. 1416. quas recitat Paproc:

An. 1416. Idem Concilium ſcribit Joanni de Michalovic, Alſſoni Skopek de Duba, & Alberto de Koldic ut Eccleſiam defendant, & ut Joannem Epiſcopum Litomislenſem Concilij Legatum adjuvent.

Vades pro Regibus adferre poſſem plurimos, uti etiam Compoſitores pacis ex Nobilitate noſtra inter *Fridericum III. Imperatorem & Reges* noſtros, ſed hæc nimis invidioſa lubens prætereo; plurima Lib: II. Miſcellan: qui eſt de Magiſtratibus adduxi, ad lætiora argumenta convertor.

Equites aurati in coronationibus Regū.

Inter coronationes Regum noſtrorum *Wenceslai Regis II.* glorioſiſſima fuit An. 1297. cùm *ducenta millia Equitum ex Imperio* aliiſque terris Pragam advenerint, *Nobilitas noſtra* ob res fortiter in prælijs geſtas, numero ducenti & quadraginta Proceres, & Nobiles Regni, Baltheo militari incincti, & ſolitis cæremonijs aurati Equites creati ſunt; quam coronationis Pompam, optimè, qui aderat, deſcripſit *Franciſcus Pragenſis Canonicus*, & nos ex eo, tum in *Epitome noſtra*, tum in *Hiſtoria S. Montis.* Sed nunquam glorioſior Nobilitas noſtra apparuit, neque unquam, ut reor, in urbe Romana ſplendidiùs & ſuperbiùs ſpectandam ſe præbuit, quàm An. 1355. dum *Glorioſiſſimus Imperator Carolus IV. Romæ* coronatur; deſcripſi hanc coronationis Pompam in Epitome, nam ut omittam inſtructiſſimum ex *Bohemis & Moravis Exercitum*, quem ſecum trahebat, ut omittam Pragenſium magnificum in Regem ſuum amorem, qui *centum cataphractos* (quod disertè adjicio) *Equos & Equites* ſagulis & ſerico lucentibus ſuperbè ornatos, & de ſuo per viam omnes victuros, ut prætercam privati hominis *Nicolai* (alij vocant *Jodocum*) *à rubro Leone Civis Pragenſis*, dives, quod Cæſari præſtitit obſequium, quo Civitatem ipſam, cujus Civis erat ſuperavit, *centum viginti Equos & Equites* cataphractos ſuis ſumptibus victuros adducendo, quod ad Nobilitatis noſtræ gloriam ſpectat

Franc. p. 2. Chron. c. 11. Epit. L. 3. c. 16. Hiſt. S. Montis Appen. I

Comitatus Caroli IV. ex Bohem.

ſpectat, in illa coronationis Pompa primorum Regni Procerum militaria Vexilla per turmas militares diviſa Romani ſpectârunt, ut *VVartembergicorum*, *Landſteiniorum*, *Roſenſium*, *Janoviciorum*, *Lippæorum*, *Novodomæorum*, *Berkarum*, *Kolovvratæorum*, *Rziczaniorum*, *Hazmburgicorum*, & aliorum quos loco citato recenſui. *Welesl. in Cal. f. 191.*

Hoc loco ſuccurrit memoriæ, quod in antiquitate noſtra ſervatum fuiſſe ſcimus, & apud veteres Scriptores annotatum reperitur: Nobilitatem *Dominorum & Procerum* in duas claſſes fuiſſe diviſam; quidam enim Korauhewnj Pánj wětſſý / alij Korauhewnj Pánj menſſý / appellabantur, id eſt *Proceres & Domini majores & minores*, quibus vocibus frequenter in ſuorum temporum hiſtoria Bohemico Idiomate ſcripta utitur *Bartholomæus de Drahonicz Eques Bohemus*, latinum nomen deeſt, quo hæc dignitas exprimatur (Germani vocant Panner-Herren) eorum opera in bellis maximè ſpectabatur, cùm Vir à Viro legeretur, ut ſub eorum peculiari Vexillo (*v.g. Roſenſium*) ex Nobilitate clientes militarent; hoc enim ſoli jus obtinebant, ac nemini aliorum, præter eos, licebat *Vexillum Familiæ* præferre in acie, ideóque *Vexillarij Proceres* primi vel ſecundi generis dicebantur. Eorundem munus erat in ſubitis Regni periculis ſub Vexillum Inſignibus gentis notatum milites pro defenſione Patriæ convocare; *in ſpectaculis*, *in Panegyribus publicis*, *in coronationibus Regum* (uti modò factum narravi) Reges ſub ſuis vexillis comitari, & regalem Pompam adornare, ea denique præſtare, quæ in Imperio moribus antiquis ijdem *Vexillarij Proceres* (Panner-Herren) præſtare ſunt ſoliti. In veteribus ejuſdem *Procerum ſepulchris* animadverti in marmore exculptos aliquando *illuſtres Bohemiæ Proceres* cum Vexillis, ùt *Novodomenſium Procerum Novæ domi*, *Ssvvihoviorum in porphyretico Marmore Horazdiovicij* & alibi, nihílque dubito in Vexillo involutos cùm Familiæ Inſignibus contumulatos fuiſſe, quod ipſius marmoris pictura, ſeu potius figura & ſectio demonſtrat. Deduxerunt hunc morem propemodum ad noſtra uſque tempora quidam *Bohemi Proceres*: An. 1606. 23. Junij Viennæ *Rudolphi Imperatoris* authoritate tranſactio & pacificatio Regni Bohemiæ, & adjacentium Provinciarum, Auſtriæ, Stiriæ, &c. facta eſt, cui ſubſcripti complures *Moraviæ & Sileſiæ Proceres*, & *Barones*, & primo loco tres ex Bohemis ſummi Commiſſarij, in hunc modum: My Adam Pán Korauhewni z Sſternberka na Bechyni a Sedlcy / G. Cýſ: K. M. Radda / a neywyšſſý Komornjk Králowſtwj Czeſkého.

Vexillarij Procer: duûm gener:

Proceres Boh: veter: cũ Vexillis tumulati.

Korauhewnj Pánj.

Sternberg, Waldſtein. Lobkovic.

My Adam Mladſſý Korauhewni Pán z Waldſſteyna / na Hrádku nad Sazawau / a Lowoſycých / G. M. C. Radda / Komornjk / Neywyšſſý Sſtolmiſtr / a Dworu C. M. w Králowſtwj Czeſkém Marſſálek.

 My-

Mathaufs Diepolt Popel Korauhewni Pán z Lobkowic na Strakonicých G. M. Cýs. a Králowské Milosti Radda / a Přeworstwj Králowstwj Czeského Neywyšsſý Mistr. Hisce literis subscripti sunt alij plurimi Provinciarum Proceres, quibus hîc titulus, vel, ùt hodie loquuntur, *prædicatum* non apponitur; unde magnum sinè dubio decus *Familiæ Smirzicianæ* addidit *Fridericus III. Imperator* An. 1475. cùm *Henricum de Smirzicz* cum omnibus suis hæredibus & posteris in Sac: Rom: Imp. Vexillarium (Germanicè Frey Panner-Herrn) creavit, Andernaci die Lunæ post Dominicam oculi, quas litteras incorruptas omnino vidisse testatur *Paprocius*.

Smirzicio-zum Nobil.

Papr. in Smirzic:

CAPUT. XIII.

TRACTATUR IDEM PROPE ARGUMENTUM. ADducuntur præcipuè belli Duces; tum Vades, aliáque varia Nobilitatis decora; Illustres item & gloriosæ Nobilium nostrorum actiones & negotiationes. Item significationes & Præsagia mortis Nobilium.

VIctores & qui Bohemiam adhuc Ethnicorum superstitionibus deditam armis ad Christi obsequium compulerunt An. 973. & sequentibus nominantur in Hagecio: Bratromil de Hrussovva omnium Christianorum Ductor, tum primarij Duces: Bera Kovansky, Hrozek, Przedmirsky, Koloslavv de Kluku, qui Ethnicorum Exercitus in Bohemia profligârunt, & Christianam Religionem armis fundârunt, superstitione prorsus extirpatâ.

Hag. in An: Papr. in Equ. f. 256.

Consurrectio ad arma, &, ùt veteri voce utar, An. 1567. & seq. *Clarigatio adversus Turcas in Regno Bohemiæ* indicta. Exercitûs Bohemici supremus Ductor Wilhelmus à Rosis, ejus Vicarius (Generalis Leütenantius, seu Locumtenens) Zbinko Berka Zakupij Dominus, Marescallus Christophorus Silber. Principalis Signifer Wenceslaus ab Hazmburg. Equitum Magister Georgius Comes de Guttenstein cum suis Officialibus. Henricus Kurtzpach. Zdenko Wartemberg, itidem Magistri Equitum. Quæstor militiæ: Czenko Dassicky de Barchovva. Rursus Equitum Magistri: Christophorus Muchek. Joannes Marquart. Supremus Vigiliarum Præfectus: Joannes Jablonsky. Annonæ Præfectus: Joannes Budovvec. Hospitiorum Designator: Joannes Chvvalkovvsky. Curruum Præfectus: Wolf Rozwadowsky. Rumormagister: Petrus Czeika. Vicarius Locumtenentis: Borzek Rochecz. Secundarius curruum Præfectus: Wenceslaus Wissehradsky. Medicus Campestris: Thaddæus Hagek. Pharmacopæus: Christia-

Officiales bellici ex Bohemia adversus Turcas.

Brzezan in Vita Wilhelmi à Rosis.

ſtianus Tunckelius. Quantum copiarum militarium fuerit, dixi in Libro de Magiſtratibus, ſuperfluum eſſet omnia militaria Officia perſequi.

Victores de Cruce ſignatis ad Auſtam An. 1426. Wenceslaus Czernohorsky Dux Exercitûs Bohemorum. Wenceslaus Junior de Krawarz. Jaroslaus de Smirzic. Czenko Miczan de Klinſtein. Albertus Kameicky. Wenceslaus de Rziczan primar: Vexillifer. Hinko de Waldſtein. Bawor de Pernſtein. Hinko Kruſſina de Lichtenburg. Victorinus Boczek de Kunſtad (Pater Georgij Regis) Burianus Trczka. Jaroslaus de Chlum. Czenko de Wartemberg. Petrus Kuneſs. Hanuſs Kolovvrat. Joannes Wrbata. Chlum. Marquard. Skopek. Zaruba. Dohalsky. Beneda. Bohdaneczky. Wenceslaus Maſtiegowsky de Wrzeſovvic. Victores adAuſtam. *Weles. Cal: f.329.*

An. 1453. Componunt Pacem inter *Fridericum III. Imperatorem*, & Proceres quoſdam Bohemiæ pro *Ladislao Rege* minorenni pugnantes, Henricum à Roſis, Jeſſkonem Svvoganovvſky de Bozkovvic, Wenceslaum Giczinsky, Erneſtum Leſkovvec, Nicolaum Kaplirz, &c. Compoſitores verò pacis Archiepiſcopus Moguntinus, Epiſcopus Paſſavienſis, Procopius de Rabſtein Cancellarius. Compoſitores pacis *Papr. in Eqv. f. 48.*

Compoſitores Concordiæ inter Georgium Podiebradium Gubernatorem Bohemiæ, & inter Meinhardi filios Ulricum &c. ab *Georgio* ſtabant: Zdenko de Sternberg, Zdenko Koſtka de Poſtupic. Ab Ulrico: Ulricus de Roſenberg, Wilhelmus Ssvvihovvſky junior. Arbiter ſuperadditus Zbinko ab Hazmburg. *Welesl. in Cal. f. 405.*

Eligitur *Georgius Podiebradius* in Gubernatorem Regni A. 1452. elegerunt: Alſſo de Sternberg ſupr: Camerarius, Zdenko de Sternberg Burgravius, Henricus Lippæus Mareſcallus, Zbinko ab Hazmburg, Haſſko de Waldſtein Weliſſij Dominus, Hinko Kruſſina de Lichtemburg, Hanuſs de Koldic, Zdenko de Rozmital, Henricus de Straz, Henricus Berka, Henricus de Michalovic, Joannes Zagimacz de Kunſtad, Joannes de Ssvvamberg, Joannes & Udalricus de Koſt Hazmburgici, Hinko de Nachod, Joannes de Janovvic, Burianus de Guttenſtein, Fridericus de Dona, Albertus Kolovvrat, Henricus & Beneſs Kolovvratæi, Boreſs de Oſſek, Joannes de Richnova, Capit: Czaslavienſis, Wilhelmus Zvvirzeticius, Wilhelmus de Ilburg, Joannes de Smirzic, Jeſſko de Koldic, Nicolaus Trczka, Beneſs de Kolovvrat alius à ſuperiore, Joannes de Sukole Capitaneus in Kaurzim, Zdenko de Poſtupic Capit: in Chrudim, Jeſſko de Bozkovic, Joannes de Nachod, Bohunko de Klinſtein, Henricus Berka alius, Sobieslaus de Miletina, Lvvik de Rozmital, Joannes de Bergovv, Iacobus Wrzeſovvec Zatecenſis Capitaneus, Ieſſek de Duba, Beneſs Wartemberg Zakaupij Dominus, Ioannes Malovvec de Pacov, Wenceslaus de Wrtby, Czenko de Klinſtein, Ioannes Czalta de Rabſtein & Rex Georgius à Nobilitate Bohẽ. Guber: creatus.

& Kamenna hora, Nicolaus Berka, Nicolaus de Guttenſtein, Dix de Hamerſtein, Nicolaus de Haſſenſtein, Dionyſius Slavata de Koſſimberg, Ioannes de Mochovv, Erneſtus de Czernczic, Ioannes Pardus, Sigiſmundus de Rziczan, Ioannes itidem de Rziczan, Ioannes de Rabſtein, Beneſs Mokrovvicky de Huſtirzan, Triurbs Pragenſ: viginti tres inſuper Equites ſubſcripti quorum nomina omiſi. *Adjutores Georgio Gubernatori additi*: Alſſo & Zdenko à Sternberg, Zbinko ab Hazmburg, Henricus de Michalovvic, Ioannes de Smirzic, & hi erant Barones. Equites quatuor: Nicolaus Trczka, Ioannes Czabelicky, Zdenko Koſtka, Iacobus VVrzeſovvec, & duo ex Civium Ordine.

Duces adverſus Taboritas. *Papr. f. 182.* An. 1419. *Sigiſmundus quatuor Duces Bohemos contra Taboritas* conſtituit: VVenceslaum de Leſſno, Petrum de Sternberg, Ioannem Svvidnicky, & Albertum de Dona.

An. 1513. Budam proficiſcuntur ad *Regem VVladislaum Accuſatores Bartholomæi Ducis Münſterbergæ Defenſoris Civici Ordinis*: *Papr. in Bar. f. 187.* Petrus à Roſis, Zdenko Leo de Rozmital Burgravius, Ladislaus à Sternberg Cancellarius, Burianus Trczka Subcamerarius, Rzepicky, Opl, Rendl, Wilhelmus de Dubravio monte; ſed *VVladislaus Rex* accuſatores & accuſatum reduxit in concordiam.

Vades. *Vades* pro Wilhelmo de Ssumburg An. 1448. pro ducentis aureis ungaricis, quos debebat numerare Zbinkoni ab Hazmburg: Dipoldus *Papr. f. 113.* de Ryzmberg, Joannes de Litic D. in Genſtein, Henricus Miczan, Sigiſmundus Stoſs.

Papr. in Bar. f. 92. *Teſtes Teſtamenti Zbinkonis ab Hazmburg* An. 1463. Borſſo de Oſſek Brozani Dominus, Beneſs Wartemberg D. in Zakupi, Wilhelmus de Sworga, Equites: VVilhelmus de Konic & Kameik, VVenceſlaus Kaplirz, Henricus de Duba.

Vades pro *Stiepano vecio VVrtbæo Przibrami Poſſeſſore* in mille *Papr. in Bar. f. 84.* quingentis Taleris An. 1458. Burianus de Guttenſtein, VVilhelmus jun: de Ryzmberg, Henricus Kolowrat Buſtiewsky Dominus, Getrzich de Janowic & Chlumec, Joannes junior VVartemberg in Dietin, Joannes Kolovvrat de Bezdruzic, Henricus de Sobietic reſidens Tinæ ad Muldavam, Sezema de Wrtby & de Horzovvic, Joannes Guttenſtein, Joannes de Wrtby, Joannes Czalta de Steinberg & Rabſtein, Nicolaus Haſſenſtein, Joannes Bechinie de Lazan, Ioannes Baſſiky, Peſſik de Komarovv, Zdeslaus de Burzenic, Kralovvi dvvory Dominus, An. 1458.

Gubernat: Boh. An. 1421. In Comitijs Pragenſibus *Gubernatores Bohemiæ* delecti: Ulricus de Rozmberg, Czenko Wartemberg, Ulricus de Novadomo, Hinko Kruſſina de Lichtemburg, Henricus Berka. Equi-

tes

tes septem: Joannes Ziſſka de Trocznowa (Turbo Patriæ) Zbinko de Buchowa, Joannes de Smilkowa. Nicolaus de Barchowa, Milota de Bohdanec, Onſſo de Minkowic, Henricus de Boharinie. *Papr. f. 45.*

An. 1492. *Capitanei Regni* constituti: Wok à Rosis, Joannes de Janowic Burgravius, Albertus Leskowec, Nicolaus Trczka junior. *Capitanei Univ: Reg: Papr. in Eqv. f. 189.*

An. 1440. *Mortuo Rege Alberto in Comitijs Pragensibus* uno animo componunt pacem & tutelam Regni suscipiunt, quod vocabant Germanicam voce Land-Fried. quo quies Patriæ post bella reddita est. Placet nomina eorum apponere, qui Patriam suo consilio servaverunt: Ulricus de Rozmberg, Meinhardus de Nova Domo Burgra: Pragensis, Bertholdus de Lippa supr: Marescallus. Alſſo Sternberg. Hinczo de Pirkstein. Hinko Kruſſina de Lichtenburg. Georgius de Kunstad. Haſſko de Waldstein. Wenceslaus de Michalowic. Hanuſs de Kolowrat. Joannes de Ryzmberg & Raby. Petrus de Zvvirzetic, Henricus de Wartemberg. Zbinko de Hazmburg. Joannes de Pernstein. Wilhelmus de Ssvvihovv. Henricus de Michalovic, Joannes Hertvvig de Rusinovvicz. Joannes Zagimacz. Zdendo Sternberg. Henricus de Straz. Joannes Sezyma de Austi. Joannes de Smirzicz. Henricus Kolovvrat Libsteinsky. Nicolaus Trczka. Nicolaus Sokol de Lamberg. Joannes Kunvald. Burianus Guttenstein. Dipold de Dona. Jacobus de Wrzesovvicz. Wenceslaus Zmrzlik. Bohuſſe de Postupic. Wilhelmus de Kamberg. Beneſs de Mokrovvaus. Joannes Sulic. Albertus de Berkovvic. Dionysius de Koſſumberg. Wanick & Getrzich fratres de Miletin, Joannes de Stiepanovvic & Wrtby. Mathias de Nemostic. Habardus Lopota de Hradek. Joannes Smikovvsky de Zdiar. Burkardus de Zbraslavvic. Zdenko de Postupic, Joannes de Raupovva. Wenceslaus Czarda de Petrovvic. Joannes de Rabstein. Getrzich de Strzekovv. Chwal de Rziczan. Joannes de Nestagovv. Wenceslaus de Baſſti. Petrus Brzezovvec de Kozihohrzbetu. Joannes de Liblic. Joannes Secretarz de Kostelec. Joannes de Mochovva, Epik de Genburg. Joannes Sudlice de Bestvve. Petrus Krtak. Przibik de Wrzeſſovvic. Getrzich de Stos. omnes Triurbes Pragenses & Cives Regni Bohemiæ subscripsêre. æternâ oblivione omnes injurias sepelientes. *Pap. in Bar. f. 310.* Landfrid à Nobilitate constituitur.

VVenceslai VI. Regis Testamento subscripserunt ex Nobilitate An. 1305. Petrus Cancellarius Episcopus Basileensis & Præpositus Wiſſehradensis, Haimo Berka, Tobias Bechinie (ex Familia eorum qui sagittam ferebant) Henricus de Rozmberg. Henricus Abbas Sedlecensis. Hinko de Dube Camerarius terræ. Jaroslaus de Lippa supr: Judex. Ex Moravis: Tobias de Bozkowic Capitaneus Moraviæ, Henricus Sturmius Scriba. Przenko filius Ulrici de Wiczkowa Præfectus *Papr. in Bar.* Regum testamentis subscribût.

Tribunalis Brunensis. Mathias de Zvvole, Officialis Curiæ Marchionalis.

Item Privilegijs Ecclesiarum. An. 1318. *Joannes Rex Episcopatûs Pragensis Privilegia* confirmat, ut retuli superiore Libro, sed sinè Nobilium subscriptorum nominibus, quæ hîc adjicio: Hermannus Berka Supremus Burgravius. Simon Marescallus Regni. Petrus à Rosis. Wilhelmus de Landstein. Benesś de Wartemberg. Henricus de Lichtemburg. Henricus junior de Lippa. Ulricus Pflug Subcamerarius. Ulricus ab Hazmburg in Mendico. Bazena de Roknowsky. Joannes à Rozmberg. Boczko de Podiebrad. Sezema de Dobruska. Joannes de Michalowic. Gallus de Zwirzetic. Jaroslaus de Sternberg. Udalricus de Novadomo. Henricus Berka. Albertus de Kolowrat. Borsso de Ryzmberg. Bawor de Strakonic. Otto de Bergow. Purkardus de Janowic. Russo de Litic. Czenko de Potenstein. Wilhelmus de Hazmburg. Brzenko de Ryzmberg. Wilhelmus de Skala. Joannes Ptaczek de Pirgstein. Ernestus de Sschumburg. Hermannus de Chaustnik. Plichta de Zierotin. Henzo de Turgaw. Zdenko de Stiepanic & Rozmital. Benesś de Brzeznic. Joannes de Bozkowic & Brandeys. Sezema de Austi.

Papr. in Bar f. 50.

Anno eodem *Olomucensis Ecclesiæ Privilegia* confirmat Rex, subscripti *Moravi Domini:* Henricus de Lippa. Woko de Krawarz. Joannes de Lomnicz & Mezerzic. Burchardus de Cymburg Subcamerarius Moraviæ. Wznata de Lomnic Brunensis & Znoymensis Camerarius. Pero de Wildemberg.

Papr. in Spec. f. 84.

Gloriosum Nobilitati nostræ semper habebitur, quod inter Austriacos Principes, quin adeò inter *Fridericum III. Imperatorem & Albertum Austriæ Ducem* medios sese paci offerentes *Proceres Nostri* concordiam stabiliverint, & ab utroque *Principe pacis publicæ articulos* acceperint, ut narratur in *Speculo Austriacæ Domûs* Lib: 5. c. 13. quorum nomina ex eodem Libro describo: pacem inquit, faciunt inter *Fratres Fridericum Cæsarem & Albertum Archiducem:* Zdenko de Srernberg Burgravius. Sbinko de Hazmburg supremus Judex. Procopius de Rabstein Cancellarius. Wilhelmus junior de Risemburg & Rabi. Burianus de Lippi Protonotarius Tabularum Regni Boh. Jobst de Ainsidl Eques Secretarius. 1461.

Pacem cōponunt inter Austriacos Prin:

Pro Coronide hujus Capitis, imò Prooemialis hujus tractationis raram omnino & singurarem *Nobilitatis nostræ* prærogativam adjiciam, ex qua apparet ipsum DEUM peculiarem æternæ salutis Nobilium curam gerere & desiderare vel maximè, ut sicut in vita hominum mortali Nobiles velut sidera lucent, perinde in immortali & beata vita cœlum illustrent. Nam ut taceam *Albo Sanctorum authoritate Ecclesiæ* adscriptos, qui magna ex parte genere Illustres & Natalibus claris orti fue-

Multi Nobiles Boh. plerumq; admonentur mortis instantis.

fuerunt (ut ex Divorum actis & fastis probari potest) quantum illud DEUS bone! beneficium in *Nobilitatem nostram* censeri debet? quòd *plurimi instantis mortis significationem accipiant*, ut se ad mortem ritè comparare & viam ad beatam æternitatem præmunire in tempore possint, nolo hoc loco repetere, quæ jam pridem Libro III. Miscellaneorum latè narravi. Hîc utar compendio: *Alba Domina Novæ domi Slavatas* mortis admonet, eadémque in omnibus vetustis *Rosensium Arcibus* (in quam rem oculatos testes dare possum) dicitur apparere. *Sswambergicos* alia *Alba Domina* apparens, dum ea Familia superesset, utì & *Lippæos*, mortis instantis admonebat. Notum est *Martinicios Proceres in vetusto S. Annæ Sacrario Smecznæ* nocturnis facibus multo lumine circumfuso significationem mortis accipere solitos. *Hydriam ingentem Stanneam Equites & Barones de Augezd* cum multo tumultu moveri & concuti audiebant, cùm alicui ex ea gente moriendum esset. Notissimum est universo Regno *Chanowskiorum & Dlauhowveskiorum cæleste Præsagium*, cùm in *Arce Rabi Cista vetus* ferro obducta tumultus ciet, ut etiam subjectum Arci Oppidum eo terrore concutiatur, ut Oppidanos narrantes audivi, qui etiam fatalem Cistam ostenderunt mihi, quæ nunc pietatis caussa signo grandi Cruci affixi Domini contegitur, & velut Altare exornatur. *Proceres Kolowratæi in Roczow Cœnobio Augustinianorum* per sudorem, quo sepulchrum antiquissimi ex Majoribus suis madet. *Malowecij per lumina in Arce Kamen* per solum discurrentia; *VVanczuræ* per tumulum sudantem Georgij ex ea gente in *Horka*; alij per alia mortem sibi vel suis instare ominantur. Plura exempla attuli loco citato, quæ hîc prætereo. Sed satis vel inde favor, & amor Divinitatis in Nobilium animis elucet, quibus & corpora dignitatibus & honoribus plerumque congruentia cum oris egregia venustate aptat & componit, ut vel ex Symmetria & faciei quadam læta & exporrecta hilaritate & vultûs filo sæpe Nobili loco natos cognoscamus.

L. III. Misc. C. 19. §. 3.

Rosenses.

Novodomi:

Svamberg:

Lippæi.

Martinicij

DD. de Augezd.

Chanowskij & Dlohoveskij:

Kolovrat:

Malovecij.

Wanczur.

CAPUT. XIV.

LITES QUÆDAM, & CONTENTIONES INTER PROceres & Equites de vetustate Familiarum adducuntur.

POssem hoc loco aliquot centenas Lites adducere per *sententiam Regum & Judicum authoritate* publicâ & legitimâ definitas, fuítque in manu mea grandis Codex M. S. quem in *Novodomensi Slavatarum Archivo* dum illud ante triginta propemodum annos ordinarem, reperi; continens hujusmodi odiosas lites, & ingrata certamina;

Codex M. S. de Litibus Nobilitatis

na; adductis ex utraque litigantium parte documentis, & probationibus Nobilitatis antiquæ; sed cùm eum librum perlectum priùs, in Archivum reposuissem, post annos aliquot amissum esse rescivi, quo nunc multum adjuvari possem. Sed hîc mihi *Cynthius*, ut ait Poëta, *aurem vellit & admonuit*, nè quid à me præjudiciosum, & quod in Nobilitatis offensionem incurrat, adducam: itaque eas tantùm Lites exscribam, quæ inter Illustres Familias, quæ jam fato suo periêrunt, motæ & ventilatæ in *Judicio summi Præfecti* fuerunt. Sciendum enim est in ejusmodi *Litibus de antiquitate Nobilitatis à Supremo Regni Præfecto* ex Officio partes auditas & judicatas fuisse, & nullâ ætate, neque sub ullo Regum tot & tam frequentes Lites inter Nobiles ipsos exarsisse (cum neutra pars alteri de antiquitate quidquam concederet, & se, ut loquebantur, *tam bonum esse Equitem aut Dominum diceret*, imò plerique meliores, id est antiquiores jactarent) quàm sub *Rege Ferdinando I. & Supremis Præfectis Zdislao Berka, & Joanne Seniore de Lobkovic, postea sub Zbinkone Berka de Dube*, ut in laudato Libro memini me legisse. Sed jam ad rem veniamus, & in antiquis Memorijs reperta exempla proferamus, quæ nulli præjudicium factura existimo.

Virgil:

SubFerd:I. plurimæ li tesNobiliū

LisDD. de Cunstad & de Cimbu:

An. 1457. Paucis ante mortem *Regis Ladislai* diebus de Nobilitate ejúsque vetustate judicio contenderunt: *Georgius de Kundstad Gubernator Bohemiæ, & Joannes Tovaczovsky de Cymburg Moraviæ Supremus Capitaneus*, quæ Lis indecisa mansit, morte *Ladislai* & mutatis rebus, cùm Georgius post Regis mortem unus omnia in Regno posset; sed tamen magna arguitur Cymburgicorum potentia, authoritas, & antiquitas, qui auderent cum *Georgio* tam potente Adversario & cæteris *Kunstadæis* de Nobilitate generis judicio contendere.

Lis inter Ssvambergium & Radkoveciū.

Lis inter *Henricum de Ssvvamberg, & Udalricum Radkovec*, qui *Henricum* contumeliosis verbis Nobilitatem attingentibus appellârat; vicit *Henricus, & Radkovec* jussus deprecari.

Nalezowé Saudu Zemského *A. 1542. A. die Sabath. post Getrud. In eod. Cod.*

Lis inter Zāpachios & Jabloncēses.

An. 1546. die Veneris post fest. Apost: Petri & Pauli lis agitatur inter *Andream & VVilhelmum Fratres de Jabloncze* ex una, & inter *VVenceslaum de Zampach de Potenstein* ex parte altera: Fratres illi hæreditatem *Joannis Reich de Jabloncze* mortui ad se trahebant, sed Wenceslaus demonstravit eos esse tantùm *Fratres armorum* (Erbowni Streycowé) assumptos ad Familiæ Insignia, non verò ex sangvine, Joannem autem Reich de Jablončze fuisse ex stirpe & sangvine *Zampachiorum* ideoque opima hæreditas ex asse adjudicata est Wenceslao.

Lis inter Planknar & Ziabkam

An. 1548. Die Martis in Festo S. Sophiæ acerrima Lis exoritur inter *VVolffgangum Planknar de Kynsperg Subcamerarium Regni Boh. & inter Georgium Ziabkam de Lymberg Vicecancellarium Regni Bohemiæ*, de

de antiquitate Nobilitatis. Iudices Litem hanc ſopiunt & extingvunt. uterque ex documentis allatis agnoſcitur pro Equite vetuſtæ Familiæ, eáq; res in Tabulas Regni inſcribitur; jubentur eſſe boni Amici &c.

Neque modò Lites de *Nobilitate* inter partes duas excitatæ leguntur, ſed etiam ab univerſa *Dominorum & Equitum Nobilitate* in dubium Illuſtre genus revocatum, coactíque ſunt documenta *Nobilitatis ſuæ* exhibere nonnulli, & Regum auxilium expoſcere, qui inſpectis *Memorijs Familiarum* novis literis Statum eorum *Equeſtrem & Baronalem* confirmârunt. An. 1462. Hinko Podſtatsky de Pruſſinovicz in Moravia à Mathæo de Sternberg de Nobilitate infamatur ſub Rege Georgio. *Rex Commiſſarios* conſtituit Zdenkonem de Sternberg Regni Burgravium. Henricum de Straz Præfectum Regni. Henricum de Lippa Capitaneum Moraviæ; Podſtatsky cùm quatuor Clypeos *Majorum ſuorum* exhibuiſſet cum Teſtibus, approbationem legitimæ & antiquæ Nobilitatis obtinuit.

Papr. in Spec. Mor. f. 274. De Podſtatskijs.

Wchinskij multas habuêre de Nobilitate Lites, & ſemper contra accuſatores cauſſam vicêre, ab anno 1326. quo *Dominis & Baronibus Bohemiæ* aggregati ſunt: prima illis Lis indicta eſt An. 1415. ut dicemus in *Stemmatographia*. Tettauri autem in Moravia Patrueles Wchinskiorum longè citiùs oppugnati Anno ſcilicet 1402. Brunæ in Comitijs, ſed *Adverſarios Teſtibus* obruêre.

De Wchinskijs. *Papr. in Wchinskijs* De Tettauriis.

Iterum in Bohemia ſub Georgio Rege An. 1459. mota illis de ſtatu Dominorum Lis eſt, ſed fractis Adverſarijs *Rex Diplomate Regio Tettauris & VVchinskijs primum Nobilitatis Ordinem Dominorum* aſſeruit. Neque hîc ſatis Litium eodem anno & paulò poſt An. 1461. & ſub Wladislao Rege An. 1482. & ſub Ludovico Rege 1522. & ad noſtra tempora propiùs 1596. ab *Adverſarijs* maximis exagitati ſunt, *Rudolpho Cæſare eorum Baronatum;* (ùt ità loquar) *Diplomate Regio* defendente, quamvìs *VVchinskijs* minùs faveret, ſed eorum cauſſam tuendam ſuſceperat magnus *Patronus VVilhelmus de Roſenberg.* Sed ego præverti nolo & haſce Lites, quæ *Familiam VVchinskianam* non depreſſerunt, ſed magìs extulerunt, Stemmatographiæ reſervo.

Wchinskij probant ſuamNobilit:

Paprocius Litem adducit de dignitate Nobilitatis inter *Ioannem de VVartemberg, & VVenceslaum VVrſſovvecium* An. C. 1097. agitatam; ſed res tota ficta eſt, ut qui Hiſtoriam Boh: vel à limine ſalutârunt, agnoſcent: nam neque Teſtes, neque eorum ditiones congruunt ſibi, & alia multa oſtendunt rem malè eſſe diviſam temporibus.

Papr. in Wartembe: Lis inter Wartemb: & Wrſſovecios fabuloſa.

An. 1417. Joannes Smirzicius Regis Wenceslai juſſu coram Supremo Regni Mareſcallo *Henrico de Lippa*, ut eo tempore mos erat, coactus eſt *Clypeos Majorum ſuorum* exhibere, quod ex vetuſtis *Bohemiæ Baronibus* quidam novitatem generis & Nobilitatis eis objeciſſet.

Smirzicii probarunt ſuã Nobil: *Papr. in Smirzici:*

ab hac calumnia absoluti sunt literis *Henrici Lippæi*, quas descripsit Paprocius.

De Weitmiliis.

Beneß de VVeitmil simili cavillo petitus est An. 1475. qui sine mora indulta Baronalia *Caroli IV. & Friderici III. Imperatorum* exhibuit, & silentium Accusatoribus imposuit, *à VVladislao Bohem:* peculiaribus literis *Baro* declaratus, quod etiam confirmavit *Ferdinandus I.* Anno 1537. licet *Hinko VVeitmil* in Libello suo M. S. de *Familia Krabiciorum & VVeitmiliorum* conetur ostendere omnia hæc subreptitia esse, & Equites Weitmilios non Barones fuisse, nimirum:

Invidus alterius rebus macrescit opimis.

Libellus hîc M. S. servatur apud me, cùm multa contineat lectu dignissima.

Papr. in Spec. f. 152. De Wlassimijs.

VVlassimij Calumniam A. 1491. similem passi sunt, ut narrat *Paprocius*, sed viâ facti, ut loquimur, dignitatem suam asseruêre; nam cùm in Comitijs Moraviæ supr: Marchionatûs Capitaneus jussisset exire omnes qui *Barones* non essent, *Henricus de VVlassim* remansit, simile quid Wchinicijs An. 1605. contigisse à senibus audivi. Renovata eadem Lis est An. 1522. sed Wlassimij Fratres his maximè argumentis caussam probârunt coram *Ludovico Rege*, quod Pater ejus *VVladislaus Rex, & Joannes de Cymburg Supr: Capitaneus Moraviæ in Epistolis Patri* eorum *Henrico* semper *Baronum titulum* adscripserit, & probatis Epistolis Regijs caussam vicerunt.

Mandatum dedit Rex Joanni de Pernstein Camerario, Wokoni de Sowienic Judici, Arclebo de Bozkowic Supr: Capitaneo Moraviæ ut Wlassimios in censu Baronum numerarent, eósque ubique vi officij tuerentur.

Pap. in Bar. f. 294. DeAugezd Baronatu. Korauhe-wnj Pánj.

VVenceslaus Rex & Imperator An. 1400. datis literis Majestalibus, ut vocant, profitetur se percontando ex *Consiliarijs & Regni Proceribus* comperisse: quòd *Augezdecij, qui è Kaunicijs* processerunt, & gestant duas Nymphæas albas in rubro campo, sint *Domini & Barones à Regno* recepti, & Prædecessoribus suis Bohemiæ Regibus sub Familiæ suæ Vexillis fidelem operam navaverint, Patrémq; suum *Carolum IV.* eos pro talibus agnovisse, & tractavisse, quòd in Judicijs cum *Baronibus* sederint, eúmque statum semper tenuerint &c. Rursus *Hanussium Sstossium* dictum *Kapustam* eorum esse Patruum Clypearem (Erbownj Streyc) ídque testimonio & juramento ipsorum *Augezdeciorum.* hasce literas confirmavit *Sigismundus Imperator* An. 1456 *Georgio Stossio de Albrechtic*, quòd ipse esset Clypearis Patruus *Hanussij Kapustæ.*

An. 1543. Die Lunæ post Translationem S. Wenceslai Lis inter Equites Kaplirz de Sulewic (id est inter *Kostialovienses*, *Sulevicenses &*

& Cziſkovvienſes) ex parte una *& Equites Netluczkios, Trzebivvliskios, Bieſkovvskios, Brogenskyos, VVoſterskios, & eorum Patrueles* ex altera, occaſione quarundam literarum à *Domino Joanne Berzkovvsky ad Fratres Beſkovskios* miſſarum. Quod nimirum priores Kaplirzij hos dicerent non debere ſe ſcribere *Kaplirzios*, & hoc ſe à Majoribus ſuis audiviſſe. contrà hi reſpondebant ſe hunc *Titulum à ſuis Majoribus* traditum accepiſſe; ad hoc probandum oſtenderunt *literas Regias*, & alia argumenta exhibuerunt. Arbitri hujus Litis conſtituti ſunt *D. Joannes de Hazmburg & in Budin Supr: Dapifer. Joannes jun: de Lobkovvic in Maſtiegovv, Carolus de Duban in Libieſſic, Petrus de VVognina in Budeniczkach, qui ità ſtatuerunt*: quòd omnis controverſia ceſſare debeat, cùm ſint *Patrueles & Conſangvinei*, ut probatum eſt ſufficienter, ut alteri alteris cum *Titulo Kaplirz* ſcribant, & ſe mutuò, ut conſangvineos decet, erga ſeſe gerant; hoc *Arbitramentum* cum licentia *ſupremorum Regni Officialium, & ſupremorum Judicum* inſcriptum eſt in Tabulas. An. 1550. die Mercurij ante Feſt: Corporis Chriſti.

w Kwaternu památaném Weypiſu čerweném B. 16

Lis inter ipſos Kaplirzios.

Exſcriptum ex *Tabulis Regni* cum facultate *Perill: & Gener. Equitis D. Caijari Kaplirz de Sulevvic S. C. M. Conſiliarij, Camerarij, & ſupr: Scribæ Regni Bohemiæ.* ſub Sigillis *Humprechti ſen: Czernin de Chudienic Vice-Camerarij Regni Boh: & Zdenkonis Malovvec de Cheynovv & VVinterberg D. in Altavilla Vice-Sſcribæ Regni Bohemiæ.* Die Veneris in Feſto SS. Philippi & Jacobi An. 1620.

CAPUT. XV.

QUA RATIONE QUIDAM AB ANNO 1490. USQUE ad hujus ſæculi initia ex Equitum Ordine in Dominorum ſtatum aut per publica Regni Comitia, aut per favorem Regum *evecti ſint; viciſſimq; alij ex Civium Statu in Equeſtrem adlecti. Item de infimo quodam Nobilitatis genere, qui civilem ſtatum non excedit.*

W*Ladislao Jagellonico* regnante cùm *poſitis bellis* ut canit Poëta, *miteſcerent ſæcula*, & altiſſimâ pace annos ampliùs triginta gauderet *Bohemia*, opum fiduciâ cœpere nonnulli ad Statum altiorem aſpirare: *Equites* accenſeri *Dominis & Proceribus* optabant; *Cives* opulenti, Ditiones, & Bona, ut vocant, terreſtria emturire, gradum aliquem honoris quærere, in quo ſuis Concivibus eminerent, *& ſe quoque poſſent tollere humo*, ac titulis aucti *Civium* per ora volitare cupiebant. Invenit viam mitiſſimus, & ſubditis ſuis ad vitium favens & commodus Rex *VVladislaus*, qui viam ad lucem ape-

Wladisla: Rex cōcessit Dn̄is in Comiti: ut possent in altiorē statū dignos cooptare.

aperire omnibus cupiebat, & quia sæpiculè Regno aberat, *Ungariæ* componendæ intentus, *Bohemiæ Ordinibus* eam gratiam singularem concessit (quanquam jactabant Ordines hoc se *Privilegium* ab omni memoria habuisse) ut in *Comitijs Equites* quos vellent, in numerum suum cooptarent, quod tamen non sine delectu & acri examine fiebat, adeò, ut à *VVladislai temporibus* usquè ad *Rudolphi II. tempora, vix quadraginta in Baronum censum* admissos legamus; quâ de re & admissione *Baronum* extant *Regiæ VVladislai* Literæ, quas in Appendice I. ad Librum de Magistratibus retulimus. Liberalius actum est cum Equestri statu, ut par erat, in quem adlecti sunt quàm plurimi datis à Rege Insignibus, & Clypeis militaribus, & titulo, quod *Prædicatum* vocant, unde se scriberent (quorum aliquot millia in suo de *Nobilitate Bohemica Commentario* recitavit *Paprocius*) hi tamen sic admisi, nisi Regia accederet authoritas, & publicè Sessionem inter Equites obtinerent, & emtis liberis ditionibus, Civilibúsque negotijs & functionibus valedicerent, & Bona in *Tabulis* Regni haberent inscripta, *Statum Civilem* non excedebant, neque *Equites* (Rytjřj / Ritter) appellabantur, sed Erbownicy / vel Erbownj nomen habebant, poterátque hæc *Nobilitas* cum *Civium Ordine* componi, adeò, ut etiam Opifices paulùm honestiores, & qui *Urbis & Reipublicæ* suæ negotia tractabant, Clypeis Regio favore datis, & titulis, Nobiles imitarentur, & *VVladicæ* etiam à Comitijs appellarentur; at priores illi in *Ordine Equestri* collocati nihil sibi negotij cum Urbibus in quibus nati erant, esse volebant, & venditis *Facultatibus & Domibus*, quæ Civium glebæ adscriptæ erant, & *Tabulis Civitatum* regebantur, novas sibi comparabant, quæ in *Tabulas* Regni inscriptæ, ab ijs etiam pendebant. Latiùs hæc tractare, nè in odium incurram, noluimus.

Barones pauci Equites multi in vet: Boh: in altiorē Ord: evecti

Qui vocentur Erbownj.

Incidit in manus meas M.S. Liber sinè dubio ex *Tabulis Regni* (quas semper citat, qui descripsit) excerptus, in quo nomina eorum qui in *censum Dominorum* in Bohemia relati sunt, leguntur, quæ ex Bohemico religiosè ad verbum transfero.

An: Dom. 1474. agniti sunt & suscepti in *Dominorum Bohemiæ Ordinem* post Juramentum sanctè præstitum *die S. VVenceslai sacro, Pragæ*: cum cautela, quàm observantes esse debeant antiquiorum Familiarum.

Relatores ad Tabulas ex Comitijs delecti & nominati: *Zdenko Leo de Rozmital & de Blatna Supr: Pragensis Burgravius. Item Zdislaus de Sternberg Bechiniæ D. Supr: Camerarius Regni Boh:*

w Kwater: památném čerweném *1541. B. 25.*

An. 1503. Nemo in Dominorum numerum aggregetur, nisi qui Equestrem Statum ad quartam generationem coram universo Baronum Ordine probaverit. Insuper honestas vitæ & morum & famæ

fue-

fuerit illæſa, & intacta. Relatores ad *Tabulas* hujus Placiti Dominorum fuerunt: *Henricus de Nova domo ſupr. Camerarius Regni Bohemiæ & Putha de Ryzmberg ſupremus Judex Regni Bohemiæ. Item Petrus de Rozmberg.*

Admiſſi ad Ordinem Dominorum.

D. Beneſſ, & D. Ludovicus, & D. Georgius de VVeytmil Patruelis eorum, neque ultrà. [*A. 1479.*]

Poſtea *D. Joannes Haſſenſſteinsky* cum Fratribus ſuis.

Item *Diepolt Popel* Patruelis eorum, & non ultrà.

An. D. 1480. In angaria ante Nativitatem Domini hi in Dominorum cenſum Olomucij in Moravia cooptati ſunt: imprimis *D. Zierotinsky*, ſed ſine Patruelibus.

Item *D. Georgius Tunkl* cum fratris ſui liberis. [*Tab. Regni 1542. L. xiv.*]

An: 1544.

Georgius Ziabka de Limberg Kaunicij Dominus Ferdinandi I. Regis in Regno Boh: Vice-Cancellarius. [*In Tab. Reg. 1549. E. 1.* w Kwa: Brunátném.]

Item *Burian Ziabka* de Limberg.

An. 1549. [*Tab. 1554.* w Kwater: Modrém. *H. xviii.*]

Wenceslaus & Joannes Tetaurij de Tetowa Domini in Meleniowic & in Sliznie.

An. 1554. [*Tab. 1556.* w Kwater: Lwowém/ *E. 1.*]

Joannes de Oppersdorff D. in Dub & Fridſtein.

An. 1556.

Sigiſmundus Helt de Kemento D. Mezerzicij. S. C. M. Conſiliarius, & Vice-Cancellarius Regni Bohemiæ. [*Tab. 1562.* w Kwat: Bjlém *L. iv.*]

An. 1562.

Wilhelmus Trczka de Lippy D. in Welyſs. [*Ibid.*]

Georgius Pruſkowsky de Pruſkowa D. in Biela S. Regiæ Majeſt. Maximiliani Camerarius, & Ordinis S. Joannis cum alba Cruce Commendator in Grobenslach. [*Tab. 1567.* w Kwater: Cžerwen: *C. xvi.*]

Joannes Pruſkowsky de Pruſkowa S. R. M. Commendans in Trenczin.

Caſparus Pruſkowsky de Pruſkowa.

An. 1567. [*Tab. 1570. in albo Quater. D. iv.*]

Jaroslaus Trczka de Lippy, D. Jenikowij.

An. 1570. [*Tab. 1575. Quat: Cærul. O. xxii.*]

Joannes Thomas de Zwole, & de Goldſtein D. in Wodrach.

An. 1575. [*Tab. 1576.* Kwa: Hřebičk: *E. xxiv*]

Georgius Braun de Ottendorff, in Waltenberg S. C. M. Aulicæ Cameræ Conſiliarius.

An. 1576. [*Tab. 1583. Qua.* Blankytny *P. xx.*]

Zebrzid de Promnicz Liber Baro de Ples, unà cum hæredibus ſuis.

An. 1583.

Tab. 1593. Quat. Fia=lowý *K xxv Tab. ibid ùt ſuprà P xix Tab.* Kwa=ʒlutý. *1586. L. iv.*

Joannes Leskowec de Leskowce D. in Cerequic, Boziegow & Leſſna cum filijs & hæredibus.

Item Nicolaus Trczka de Lippy D. in Zieliv & Jenikow.

An. 1586.

Joannes Rudolphus, Maximilianus & Burianus, Nicolaus Germani Fratres Trczkiani de Lippy cum poſteris ſuis in aurea Quaterna Relationum Regiæ Majeſt: & Dominorum in pleno judicio terræ.

An. 1591. in Octav. S. Viti.

Tab. 1591. B xxviii. & 1588. N xvii

Carolus Zaruba de Huſtirzan D. in Radiny.

Ad hujus nomen hæc addita ſunt: *In hac relatione prædictus Carolus juxta definitionem & ſtatutum Baronum demonſtravit clarè antiquitatem ſuæ Familiæ Equeſtris & Majorum ſuorum, in præſentia & cum approbatione ſummorum Regni Officialium & Conſiliariorum & Supremi Judicij Aſſeſſorum, & aliorum Dominorum ad eam rem advocatorum, quam ejus probationem approbarunt Proceres Regni, eúmque omnibus Regalibus & libertatibus Baronum Regni gaudere declarârunt, & in futuram rei memoriam Tabulis Regni inſcribi juſſerunt. Actum ut ſuprà.*

Eodem anno fratres Caroli Zarubæ Bohuslaus & Wenceslaus de Huſtirzan in Dominorum numerum referuntur cum Poſteris ſuis & hæredibus. Anno ùt ſuprà.

Tab. 1588. N. xviii.

Stephanus Sspanovvsky cum filijs ſuis, Dominis & Baronibus acenſetur. Eodem anno.

Hertvvigius Zeidlicz de Ssönfeld D. in Zvvolenevvſy & Choczna S. C. M. Conſiliarius.

Notandum. his poſtremis duobus addita hæc verba Bohemico Idiomate: Negni Přiznánj. Requirebatur enim illorum præſentia ad Tabulas, & taxa ob inſcriptionem repræſentabatur.

Ex libro M. S. ab An. 1479. uſquè ad 1591. hæc deſcripta ſunt.

Rem gratam fortaſſe præſtabo Lectoribus, ſi vetuſtos Bohemiæ Barones, quos in Titularibus Libris impreſſis excerpſi, apponam, ut ſplendor Nobilitatis noſtræ in Vetere Bohemia meliùs cognoſcatur. Porrò ſingulis Familijs numerus additus ſignificat, quot ex ea Familia adulti & conjugati in Comitijs in Baronum ſeu Dominorum Ordine conſederint; nam altero tanto plures erant in Familijs, qui, aut legitimam ætatem non attigerant, aut paterna bona non adierant, aut Conjugijs copulati non erant, ac proinde inter Familiæ Patres & Duces non erant, ac proinde inter Familiæ Patres & Duces non poterant computari; unde nec in Comitia dum ſic eſſent, ex Patriæ Legibus admittebantur.

Fami-

Familiæ Baronum, quibus jam per ætatem Comitijs interesse fas erat. ex Titulari An. 1534. typis edito.

Augezdecij Barones 6. numero.
Atrsbachij. 3.
Borzitæ Martinicij. 2.
Bilfelsij. 1.
Bercæ. 17.
Bibersteinij. 6.
Bozkovicij. 2.
Dobrohostij. 3.
De Dona. 3.
Czernczicij. 2.
Fürssicij. 2.
De Hardeck. 3.
Fulsteinij. 1.
Guttensteinij. 3.
Holiczkij de Sternberg. 2.
De Humburg. 3.
Hradeczkani seu Novodomæi. 3.
Hassensteinij. 6.
Ilburgij peculiaris ramus Dominorum de Ronovva. 1.
Krzinecij ab eadem Origine cum Ilburgijs. 10.
Krussinæ. 2.
Kolovvratæi. 20.
Kragirzij. 6.
Kostkæ. 2.
Kafungij. 6.
Kavvcæ. 3.
Leones. 2.
Landsteinij. 6.
Medekij de Waldeck. 2.
Miczanij. 5.
Mutina. 1.
Mratzkij. 2.
De Miletin. 1.
Leisnicenses 1 hi ex Imperio in Bohemiam ascenderant.
Popelij de Lobkovvicz. 8.
Ryzmbergij seu Ssvvihovvij. 4.
Lippæi. 1.
Lepores seu Hazmburgici. 1.
Rziczanij. 17.

Raupovvij. 3.
Ryzmburgici ſeu de Oſſek. 2.
Lickones. 1.
Ortenburgici ex Imperio Comites. 1
Rabſteinij. 1.
Pflugij. 3.
Plavenij. 1.
Richnovvij. 3.
De Rozmberg. 2.
Ryzmberg de Janovvicz Barones. 1.
Sezymæ de Auſti. 4.
Sternbergici. 2.
Schleinicij. 4.
Schlickij. 13.
Schumburgij. 3.
Smirzicij. 5.
Sspetlæ de Janovvicz. 2.
Sselmbergij. 5.
Sturmij. 1.
Ssvvambergij. 4.
Slavvatæ. 2.
De Sovvince. 1.
Tautenbergij. 1.
Tunckelij. 2.
Teyrzovvij. 1.
Talmbergij. 2.
Waldſteinij. 10.
Wrtbæi. 2.
Zebercæ vel Sebercæ. 9.
Zagimaczij ſeu de Kunſtad. 5.
Zampachij. 2.
Zmrzlikij. 2.
Wranovvij. ab eadem Origine cum Hazmburgicis & Leonibus 2.
Weitmilij. 2.
Welharticzij. 1.
De Wartmberg. 10.

Familiæ Baronum 77. præter eas non paucæ, quæ tum minorennes, aut nondum Matrimonio junctos habuerunt. ex his A. 1665. reſtabant adhuc. 22. perierint ergo 55.

Ex ijſdem titularibus Libris acceſſerunt ad numerum & cenſum Dominorum uſque ad An. 1556. antè quidem Barones & Domini, ſed apud nos non inſcripti.

Do-

Domini de Cymburg. 1.
De Haugwitz. 1.
De Lomnicz. 1.
Ungnad. 1.
Pernſteinij. 2.
Tarnovij ex Polonia. 1.

Ex titulari Anni 1572. inveniuntur:

Columnæ vel de Fels. 1.
Vicztumij. 1.
Herſteinij. 1.
Sstubenbergij. 2.
Opperſtorffij. 2.
Pruskovvskij. 2.
Trczcæ. 2.
De Turn. 1.

Abhinc uſquè ad An. 1618. Baronum aut etiam Comitum Ordini adſcribi meruerunt ex Bohemis.

Wchinſkij qui jam antè Barones fuiſſe probantur.
Hodiegovvij ad An. 1600.
Licecij de Ryzmberg poſt An. 1589.
Klenovij Comites ab An. 1617.
Ex Wratislais Comites ab An. 1617.
Wrzeſovvecij Comites.
Budovvecij.
Lokſſanij.
Strzelæ.
Wencelicij.
Harantij.

In recentioribus memoriis, in Comitijs An. 1607. die Lunæ poſt Dominicam Cantate in Regni Bohemiæ Incolas ſuſcepti ſunt:

Georgius Fridericus Comes de Hohenloe.
Joannes Dymberger de Rehmen.
Georgius Sigiſmundus de Lamberg & filius ejus Sigiſmundus.
Helman Gerger de Dolet.
Leopoldus de Stralendorff.
Wolffarth Leopold & Petrus filius ejus.
Ferdinandus Colnitz de Colnitz.

Eodem tempore Barones facti.

Purghardt Strzela de Rokycz.
Wratislav, Wilhelmus, Zdeniek, & Hertvvig Fratres Wratislavij de Mitrovvitz.

Hermannus Czernin de Chudenicz.
Wolff Ilburg de Wrzeſovvic.
Wenceslaus Budovvecz de Budovva, & Adamus ejus filius.
Ladislaus Zeydlicz de Schönfeldt.
Petrus de Libenthal.

In Equites adlecti.

Caſparus & Joannes Fratres Celleri.
Joannes Ulricus Ssobloch de Lindau.

Hæc in M. S. & Actis Comitiorum.

Poſt turbas Bohemicas, qui fidelitatem ſuam Regi & Cæſari Ferdinando II. approbârunt, & militaribus factis, aut conſilijs, & alio virtutis genere Regi ſuo placuerunt, ad altiores honores provecti:

Czerninij Comites.
Kokorzovveczij CC.
Lazanskij Comites.
Zdiarskij Comites.
Herzanij CC.
De Bubna CC.
Czabeliczkij CC.
Kocij Comites.
Kaplirzij CC.
Czertoreyskij.
Geniskij de Augezd.
Mislikij.
Hyzrle.
Kapaunij.
Svvarovvæ.
Malovecij.
Przichovvskij.
Raſſinij.
Raczinij.
Robenhauptij.
Salhauſij.
Stampachij Comites.
Wrabskij.
Withæ.
Witanovvskii. &c. &c. &c.

Ignoſcent Lectores quòd ſine ordine temporum, & ſine ordine Nobilitatis & antiquitatis Illuſtriſſimarum Familiarum nomina retulerim: aliter fieri non potuit cùm ignorem, quo anno, & quo die eas Magnus Cæſar & Rex in *Baronum* aut *Comitum Ordinem* cooptârit, quod ex Solis Regijs Literis cognoſci poteſt, ſi forent in manibus.

Post victoriam in *Albo Monte de Hæreticis Rebellibus* (nam ij soli legitimo Regi suo bellum indixerant, Catholicis Religionis & Regis sui amore solum vertentibus) post Victoriam, inquam, de Hæreticis in *Albo Monte* partam, *Bohemiam* ingressæ sunt complures *Illustrissimæ Familiæ*, quæ jam in *Procerum & Baronum* nostrorum censu, tum Officijs & Munijs Reipublicæ, tum Ditionibus, quas Rex ijs, ob fidelitatem aliáque magna merita, donavit, vel quas ipsi comparârunt emptione sibi, numerantur; ut sunt: *Trautmansdorffij Comites*, *Galassij*, *Colloredi* (quanquam *Rudolphus Colloredo*, qui suis gentilibus amplissimas Ditiones in Bohemia reliquit, *Bohemum* se ferebat, utpote *Brundusii* natus) *Piccolominæi Principes*; *Tunij Comites*; *Heissensteinij*; *Golczij*; *Lichtensteinij duplices*; *Aldringerij & Clarij duplices*; *Maracinij*; *Kotulinskij ex Silesia*; nuper etiam *Dietrichsteinij*; *Lacronij*, *Villanij*; *Brisigelij*; *Krafftij*; *de Furi*; & plurimi alij quorum nomina memoria non suggerit.

Cùm hucusque progressi simus, addam in gratiam Lectoris, Moravorum Dominorum & Baronum, uti & Silesiorum Illustrissimas Familias. An. 1534.

Bozkovvicij. 6.	Waldsteinij Moravici. 1.
Haugvvitzij. 1.	Zampachij. 3.
De Ludanicz. 3.	Daubravvicij. 2.
Kunovvicij. 1.	Lichtenburgij. 2.
Lippæi. 1.	De Kornicz. 1.
Lomnicij. 1.	Miliczinij. 2.
Lichtensteinij. 6.	Ssarkanossij. 2.
Kaunicij. 4.	Sternbergij. 2.
Kunæ. 5.	Zierotinij. 5.
Pernsteinij. 1.	Zagimaczij. 3.
Sselenbergij. 1.	

Universim Familiæ XXI. restant adhuc V. desierunt & perierunt XVI.

Silesiorum Familiæ Baronales.

Bessij. 1.	Barchæ. 2.
Donæi seu de Dona. 2.	Drahotussij. 2.
Fulsteinij. 1.	Kotulinskij. 1.
Kitlicij. 2.	Kravvarzij. 2.
Kurtzbachij. 1.	Maltzanij. 1.
Rechenbergæi. 1.	Sskornicij. 3.
Sedlniczkij. 1.	Wrbnæi. 2.
Turzones. 1.	

Hæc ex Titulari. 1534.

Quorum Familias hîc recitavi, maximè in Bohemia, poſſem etiam nomina ſingulorum recitare ex Regni Libris Titularibus; ſed finis aliquis eſt faciendus. Obſervent etiam Lectores: non hos ſolos Barones, qui f. 79. recitantur, in Bohemia fuiſſe, ſed plurimos alios vel diverſæ, vel ejuſdem Familiæ, Minorennes, & qui conſultò abſtinebant à Republica, & ſpontè, vel ex aliqua cauſa non attingebant Rempublicã; qui ſi hoc loco recenſerentur, alterum tantum numerum conficerent, quod iteratò moneo. & illud obſervandum: illos, qui f. 77. in Baronalem & Dominorum Ordinem admiſſos numeravi, non omnes tum primùm Barones factos, ſed in *Bohemorum Dominorum Ordinem* id temporis admiſſos eſſe.

CAPUT. XVI.

ADMISSIO IN EQVESTREM ORDINEM EX STATU Civium, & aliorum de Regibus & de Republica bene meritorum.

Equites creati vel à Rege vel à Comitijs.

DIxeram ſuperiori Capite, quâ ratione Equites in *Dominorum Statum* cooptarentur, eâdem ferè probatione in *Statum Equeſtrem* fiebat admiſſio: nam aliqui Comitiorum authoritate, à Regibus deinde probatâ, alii ab ipſis *Regibus Diplomate* dato ad *Equeſtrem Statum* legitimè aſcendebant; utrique in *Tabulas Regni* nomina ſua & gentem inſcribebant, ut ſi quæ aliquando quæſtio ijs moveretur, Tabularum authoritate ſe, & Nobilitatem ſuam tueri & probare poſſent. Qui tamen Comitiorum Decreto in *Equeſtrem Statum* elevabantur, majoris plerumque fiebant, quòd à pluribus, eorum genus & vita probabatur, & toto Equitum Ordine recipi videbantur, cùm ſæpe Regibus, favor Aulicorum ſubrepat, & *nummus agat Virtutis opus*, unde *Nobilitas nummaria & nummarium Tribunal*, *à Veteribus Scriptoribus* appellatur. Illud obſervandum, quod initio ſuperioris capitis monueram: neminem, etſi prædicatum, ut vocant, Equeſtre obtinuerit, inter Equites ſediſſe niſi duo haberet, primum ut in Comitijs publicè ſeſſionem inter Equites obtineret, alterum ut ditionem aliquam Tabulis inſcriptam poſſideret, & qui hæc haberent, Rytjřj / & apud antiquos, Panoſſy dicebantur; ſed Wladicarum anceps eſt nomen: nam in quibuſdam literis invenio Wladicas appellatos, qui Equites eſſent (Rytjřſká Oſoba) & viciſſim invenio Wladicas dictos, qui *Ordinem Civium* non excederent. Notent igitur univerſaliter *Lectores*: non omnes, quos in ſequentibus adducemus, & quos *Paprocius* extremo ſuo, de *Nobilitate Libro* recitavit, Equitum

Duo ad Equeſtrē ordinē requirebantur.

tum honore dignatos eſſe, ſed aliquorum Nobilitatem Clypealem, tantùm, ut ita dicam, ipſósque Nobiles infimi generis (Erbowný) appellari potuiſſe. Nunc in rem præſentem veniamus adjuti M. S. Veteri Codice.

Formula cooptationis in Equeſtrem Statum.

W Kwaternu Trhowém Lwowem / w Auterý po S. Frantiſſku G. XXII. An. 1541.

Ordo Equeſtris juxta Privilegia Statûs ſui in publicis Regni Comitijs, quæ celebrata ſunt in Caſtro Pragenſi die Mercurij poſt Dominicam in Albis proximè præteritam Joannem Sedlczansky de Sedlczan, unà cum poſteris (juxta relationem hac de re ex plenis Comitijs factam, ſiquidem integritatem vitæ & famæ ſuæ, & Parentum ſuorum coram Officialibus Pragenſibus, & Præfectis Minorum Tabularum, ſufficienter probavit, & demonſtravit) in Ordinem ſuum cooptârunt. Promiſit prædictus D. Sedlczansky pro ſe & poſteris ſuis in hoc Equeſtri Ordine, non aliter quàm Equeſtrem perſonam deceat, quámque Conſtitutionibus Regni definitum eſt, honeſtè & laudabiliter vitam acturum, & id omne quod Statum Equeſtrem deceat facturum. Item quòd neque ipſe, neque poſteri ſui in perpetuum ab eodem ſtatu deficere, neque in poſterum ad Civilem reverti velint, aut debeant.

Sequitur Catalogus eorum, quos Equeſtris Ordo in ſuum Ordinem cooptavit. w Kwaternem *B. XIII. die Veneris poſt S. Luciæ.*

Admiſſi in Equeſtrem Ordinem An. 1542. Mathias de Hornoſin. Item Joannes Procopius, Martinus, Mathias & Jacobus fratres *Genſſikij* de Radvvanovva.

Joannes Bohdal & Joannes & Georgius fratres de *Rziſnice* admiſſi in Comitijs. An. 1537. *ibid. F. XXVI*

Georgius *Mulcz* de Sslakewerd in Comitijs An. 1543. S. XXIX. *Z. 3.*
Item Michael *Brzezky* & Patruelis ejus Wenceslaus de Ploskowic. Itē *F. XII.*
Petrus *Hruſſka* de Brzezna in Comitijs ejus anni. Item Andreas *Chmelny* in Comitijs. Mathias *Nevvelhova* in Comitijs. *T. XXVI. K. X.*

Georgius *Zalesky* de Myslovva. Joannes & Bohuslaus Patrueles *Chotsky* de Myslovva. Mathias & Jacobus Fratres de *Mezdietitz* in Comitijs. *K. XI.*

Joannes Fichar de *Granovva* & Joannes Wodochocky itidem de Granowa. *in Quater. rubra 1543. N. VI.*

Joannes *VVrbczansky* de Welyſſowa. *A. XII.*

An. 1544.

Joannes *Kausky* de Sobieteczek in Comitijs poſt Epiphaniam. *C. XXIV.*

 Wen-

L. xxviii. Wenceslaus *Flavvin* de Helfenburg in Comitijs. & Joannes Z
F. 1. *bradka* de Diwitz. Adamus de *Ssmelovva* & Simeon ejus filius.
Joannes de *Piſnice*.
I. xv. Wenceslaus de *Peczinovvce* 1548.

In Quaterna nigra An. 1545.

B. 2. Philippus de *Tracbovvicz*, in Comitijs.
F. xix. Henricus *Prefat* de Wlkanowa. in Comitijs An. 1548.
F. xx. Georgius *Labaunsky* de Straſſin. Joannes *Nakſſera* de Rovneho
F. xxi. Georgius & Wenceslaus fratres *Frantzij* de Lybezic in Comitijs.

In Quaterna Alba.

A. 12. Alexius *Knobloch* de Pirnſtorff in Comitijs ad S. Bartholomæum.
An. 1548. in ijſdem Comitijs Gregorius *Horak* de Myleſlowka.
N. 8. Caſpar de *Proſſovvic* Scriba ad Minores Tabulas, & Joannes Re-
giſtrator earundem Tabularum, in Comitijs 1546.
B. x. Udalricus *Leſnar* de Kauba, & Jacobus de *Slovcze* Declamator
Cauſſarum in Comitijs. 1549.
S. ix. Jacobus *Kupido* de Lovvcě. Gregorius de *Lubu* & de Ludovva
in ijſdem Comitijs.

In Quaterna flava.

A. xxix. Stephanus *Ssorff* de Sterzina in Comitijs, 1549.
E. 6. An. 1552. Burianus *Svvitkovvsky*, Petrus Smeyhovvsky de
E. 8. Lidkovvic in Comitijs.
E. xii. Caſparus *Eichorn* de Reichenpach. Jacobus *Koczka* de Koczen-
ſtein.
E. xv. Doctor Gregorius *Orinus* de Choczenic in Comitijs. Georgius
E. xix. *Urſſinus* de Wladorze. Mathæus Koczka de Kocenſtein. Joannes *Rze-*
E. xxiv. *baczek* de Kwietnice. Joannes *VVimberg* de Namili Capitaneus in Carl-
F. 13. ſtein. Ludovicus Ssradin de *Ssorndorff*.
G. 28.
H. 8. An. 1553. Joannes *Puchersky* de Puchrze in Comitijs. Jacobus
I. xxix. ſen: *Granovvsky* de Granowa, & Caſparus Secretarius. Jacobus Ber-
I. xxx. nardus & Ludovicus filij ejus in ijſdem Comitijs Thomas de *Lypan* in
K. 1. ijſdem.
K. 2. Adamus *Mislik* de Hyrſſowa.
K. 3. Wenceslaus *Albinus* de Helffenberg, & Joannes & Thomas fra-
K. 4. tres ejus. Georgius Wotik de *Ssanova* Ingroſſator majorum Tabular:
K. xix. Ludovicus *Ssturm* de Hyrsfeldt. Joannes *Humpolecky* de Nelechowa.
K. xx. Beniamin de *VVlkanova*, & Jacobus de *Choczenic*.

In Quaterna Cærulea 1553.

A. xxx. Dionyſius *Hazuka* de Neyczovko. Ægidius & Nicolaus fratres &
S. xi. Wenceslaus Podhradsky de Wlczihora.
B. xii.

An.

An. 1552. Balthaſar *Borovvsky* de Borowy. Paulus *Kolsky* de A. 22.
Kolovvſy. A. 28.

In Quaterna Lepova 1556.

Laurentius *Sitlinger* de Reyſenſltein. Sigiſmundus de *Chocemicz.* A. 24. B. 26.
Joannes *Dobrzichovvsky* de Dobrzichowicz. Mathæus *Czizek* de B. 26.
Wolffenbur. C. 2.

An. 1556. Georgius *Reynovvsky* de Reynovv. Georgius *Stra-* D. xxvi.
chotinsky de Strachotin. Nicolaus *VValter* de Walterſperg. Nicolaus F. 15.
Skalsky de Duba Scriba Judicij Cameratici. Criſpinus *Ssultis* de Czim- F. 17.
nic. Paulus *Radoniovvsky* de Kozmaczowa. Alexius de *Lovce.* Mathias F. 21. F. 22.
de *Saxendorff.* Victorinus *Peck* de Rzimſu. Wenceslaus *Auſtsky* de G. 2.
Skalska. Joannes *Pardubsky*, & Joannes *Taborsky* ambo de Klokolska G. 4. G. 5.
hora. G. 6.

An. 1556. die Sabbathi poſt S. Mathæum Evangeliſtam: Joan- G. 6.
nes *Balbin* de Worliczne, cujus poſteri & Seſſionem inter Equites habuerunt & bona terreſtria, ut *Lhotam*, quæ nunc eſt adjuncta Pardubicenſi Regiæ Ditioni, & proximè Kutenbergam, ampliſſimam Ditionem *VVovczary* tenuerunt.

Joannes & Nicolaus fratres *Karyky* de Rzezna. Zacharias *Na-* G. 7.
chumberg de Rodſtein. Joannes *Sedlczansky* de Sedlczan (de quo
in Formula initio hujus Capitis dictum eſt) Joannes *Drziek* Zbigan- G. 18.
cze. Georgius & Joannes *Krczinij* de Gelczian (hi fuerunt œconomiæ Dominorum de Roſis Præfecti, de quibus egi Tomo I. Miſcell:)

An. 1557. Joannes *Czerny* de Winorze. Georgius *Laukovvsky* G. 27. I. 40.
de Hamerſſtein in Comitijs anni 1554.

Andreas *Montan* de Kozmaczow Scriba apud Judicium Burgravi- K. 3.
atûs Pragenſis in Comitijs 1556.

In Quaterna viridi An. 1558.

Joannes *Borek* de Borku. D. 30.
A. 1556. Ambroſius & Chriſtophorus fratres de *Klencze.* G. 23. G. 24.
Joannes *Ssmerhovvsky* de Roſicz.

In Quaterna Alba.

A. 1557. Martinus *Gelen* de Worlowa. E. xx.
Bohuslaus *Mazanec* de Frimburg Scriba ad majores Tabulas. E. 19. F. 16.
Mathæus de *Rottenfeld* Ingroſſator Majorum Tabularum 1562.
Wenceslaus *Komedek* de Rowen. Jacobus de *Mohelnice.* Tho- F. 17.
mas de *Proſecze.* Caſparus de *VVorliczne.* Audreas *Fris* de Trutnowa. F. 18. F. 23.
Joannes *Sskornie* de Frinburg. Joannes *Ledczar* de Sion. Joannes *Ka-* F. 24.
raſſek de Lwowic. Samuel Wodolinsky de Wodolina. Joannes *Bu-* F. 27.
chensky de Lukowa. Bartholomæus *Ropal* de Ryffenberg. Duchoslaus F. 24. F. 29.
Lemberg de *VVoltarzik.* Joannes Wenkelmon de Hazenthal. Anto- F. 30.
nius G. 11.

G.2.
G.3. nius Wenkelmon de Hazenthal. Blasius *Kirchnar* de Lowce. Georgius *Dimlik* de Wotina. Ioannes *Custos* de Zubrziho. Stephanus *VVosskobilsky* de Wosskobil. Ioannes *Czloviczek* de Popowic. Vitus *Flavvin* de Rotenfeldt. Michaël *Fridperger* de Nelachu.

I.8. A. 1562. Victorinus *Severin* de Kapihora.

I.x. L.6. Nicolaus *Zlenicky* de Zlenic. Martinus *Tissnovsky* de Cynenberg in Comitijs. Ioannes *Sstechl* de Deymowa in Comitijs A. 1561.

An. 1565. Joannes *Ceyza* de Pirnowa.

In Quaterna Flava.

B.xx. I.26. An. 1564. Ioannes *Czulik* de Hradisstko. Ioannes *Ceyzs* de Pirnovva.

In Quaterna rubra.

A.28. Mathæus *Krizianovsky* de Ziwanic. A. 1567.

A.xxx. Ioannes Dobess aliàs *Hladky* de Bezdiekovva.

B.xxv. Adamus *Sslechtæ* de Mikuperk. Georgius *Plachy* de Trzebnicz.
B.26. C.18. Hanuss *Giglinger* de Kneyselstein. Petrus *Zlatinsky* de Lipstein. Wen-
D.12. ceslaus *Cyprian* Pek de Rzimku.

E.2. Wenceslaus *Kelenec* Mathiassovvsky de Mathiassovvicz in Comitijs.

In Quaterna Alba.

G.25. Ioannes *Chlyvvensky* de Rzizenska. 1571.

Ioannes Georgius, & Georgius *Ssatny* de Olivetu. Item Ioan-
G.26. nes & Wilhelmus fratres *Kometky* de Rovvin. Abrahamus *Hroch* de
G.28. Mezilesicich. Item Georgius & Mathias *Custodij* Lunietickij de Zubrzi-
G.xxx. ho & de Lipka. Doctor *Thadæus de Hayku*. Bartholomæus *Feld* de
H.2. Svvymyslic. Paulus *Sturm* de Hirssinfeld. Martinus de Ssaratic. Pe-
H.3. H.4. trus *Negedly* de Wysoke. Henricus *VVodolansky* de Wodolina. Petrus
H.5. *Kobilka* de Felsovva. Bohuslaus sen: de Michalovvic in Comitijs. Wen-
H.17. ceslaus *Plakovvic* de Plakvvic. Ioannes & Wenceslaus *Zlonicky* de
H.23. Zlonicz.

An. 1573. P. x. Ioannes *Czloviczek* (qui nuper in Statum Equestrem adscriptus erat 1562. G. III.) in Comitijs concordi omnium sententia expunctus est ex statu Equestri.

H.28. A. 1574. Nicolaus *Lang* de Langenfort adscriptus.

In Quaterna Hrzebiczkovva seu Caryophyllini coloris.

An. 1576.

H.24. Christophorus *Krysl* Letniansky de Svvymyslic in Comitijs anni 1571.

H.24. An. 1577. Die Sabbathi post Translationem S. VVenceslai. Ia-
H.28. cobus *Menssik* de Mensstein in Comitijs. Ioannes Kutovec de Aurazu.
Q.19. Georgius Ssudetus Medicinæ Doctor.

An.

An. 1582. Mathias *Hostaunsky* de Kozmacow. Z. 21.
An. 1583. Joannes *Ssnobl* de Chaustnik super Jordanum. Wenceslaus de *Kalisstie*. Wenceslaus *Fux* de Czimelic. Q. 19.

In Quaterna Cinericia.

An. 1583. Samuel *Negepinsky* de Negepina. C. 7.
A. 1584. Georgius *Sskornice* de Worliczne & Fridericus ejus filius in Comitijs. Andreas *Purkamer* de *Aurazu*. 1585. E. 4. U. 15.

In Quaterna viridi.

An. 1585. Petrus *Ssisska* de Jalovice. A. 1.
An. 1583. Michaël *Kekh* de Schvvartzbach. I. 17.
A. 1587. Matthæus & Sigismundus fratres *Freischit* deFreitboch. Georgius *Pichl* de Pichlberg. I. 24. K. 18.

In Quaterna nigra, & nigris maculis sparsa.

A. 1587. Simeon *Kudlar* de Muldavva. A. 21.
A. 1589. Ioannes *Tucher* cum hæredibus. Mathias *Ssudetu* cum hæredibus. N. 19.
Ioannes *Cetlberger* de Cetlberg. Ioannes *Nekess* de Stramberg. Mates *Prekle* de Prokstorff. Matthæus *Sslechta* de Sezemic. N. 20.

W Kwaternu Sywém.

A. 1589. Wenceslaus *Horsky* de Gruenfeld. A. 28.
An. 1590. Christophorus, Georgius & Ioannes *Seyffert* de Seüffenau. Bartholomæus de *Flissenpach* in Comitijs. Ioannes jun: *Peclinovvsky* de Peclinovvce. Wenceslaus *Lavvin* de Ottenfeld, Conradus *Meger* de Porstorff. Ulricus *Ausstalo* de Salu. C. 30. FF. 10. I. 2.

W Kwaternu Trhowém Rudém.

An. 1593. Erasmus *Quintus* de Dromsdorff. C. 27.
An. 1594. Ioannes *Milner* de Milhaus S. C. M. Consiliarius, & Secretarius Regni Boh. in Comitijs. D. 7.
An. 1594. VVenceslaus Mathias *Zborovvsky*. Florianus Daniel *Meystrzicky* de VVaticano. D. 28. D. 28. L. 18.
A. 1595. Ioannes Sseltensstock de Frynfeld.
A. 1593. Elias *Ssmidl* Knobner de Kusteneck. M. 2.
A. 1595. VVenceslaus *Holtzssporer* de Hosstein. N. 13.
A. 1598. Paulus Sigismundus de *Grynovva*. O. 29.
A. 1595. Mauritius *Sstimer* de Eberau Doctor. P. 6.

W Kwaternu Trhowém Rozynowém 1596.

Casparus *Neysky* de Dubnice & in Hranic 1593. D. 6.
A. 1595. Ioannes *Ssiparz* Zasmucky de Zasmuk. L. 2.

W Kwaternu Trhowém Plawém.

G.12. A. 1598. Ioannes *Smetana* de Stranky. Hieronymus *Makowsky* de Makove.

K.26. A. 1598. Mathias *Brymer* de Brymovva I. U. Doctor, & Consiliarius Regiæ Appellationis.

Hactenus Codex M.S. quem initio Capitis XV. laudaveram. plures ad nostra tempora non invenio: & parcius post hæc Equites à Regibus nominati sunt, & à Comitijs nominari propemodum desiêrunt.

CAPUT. XVIJ.

ADFERUNTUR ARGUMENTA AD LAUDATIONEM, tum universæ Nobilitatis, tum potissimùm nostræ, de qua nunc agimus, accommodata, quæ si explicentur, maxima inde orietur Nobilitatis gloria.

Authoris Invaletudo & seniū

Cùm quotidianis Amicorum præsentium & absentium hortatibus & literis admonear & exstimuler ad Illustrium Familiarum Bohemiæ Origines scribendas, quas me non malè callere multi existimant, & status valetudinis meæ & vitæ summa brevis, ùt ait Poëta, *spem me vetet incohoare longam*, statui non diu, in ijs, quæ universim, & in communi de Illustri sangvine dici possunt, versari, sed ad singulas potiùs Familias, earúmque gloriam descendere, quod maximè Lectores expectant. *Miscellanea* me scribere memini, in quibus ordo rerum non tam anxiè quæritur, neque illud Poëtæ veteris servatur:

Quàm lepidè lexes compôstæ, &c.

Sed *ut telum manu fugit*, ità quidquid memoriæ succurrit, modò ad rem faciat, dictatur; simul his punctis, & capitibus allatis adjuvari poterunt ij, si qui post me idem sibi argumentum sumserint pertractandum.

Nobilitatē nostram in pretio Reges habuêre.

I. Imprimis igitur universæ Bohemicæ Nobilitatis dignitas, & apud *Reges ac Principes* gratia cognoscitur, quòd ultro vocati ad Regum, Reginarum ac Principum mortes adstiterint, velut fidissimi Proceres, & Testamentis eorum, & vel subscriptionibus, vel annulis suæ Nobilitatis ultimas Regum voluntates firmârint; & ejusmodi apud nos *Principum & Regum Testamenta* adferre possumus cum nominibus & annulis Procerum ac Nobilium quàm plurima, ùt *Boleslai Pij* cognomine, An. obijt 999. *Brzetislai Achillis Bohemiæ*, qui obijt *An.* 1055. *VVenceslai VI. Regis* qui obijt 1305. *Sigismundi Cæsaris* & aliorum, ex quibus Regum testamentis æstimatio Nobilitatis, authoritas, dignitas, ac potentia ad tuendam ultimam Regum voluntatem, satis intelligitur.

II.

II. Secunda Nobilitatis nota desumitur ex antiquitate, si exempli gratiâ, Majores nominentur à primis fundati & constituti Regni incunabulis, ùt apud nos qui in comitatu *Czechi* in Bohemiam advenerunt, quales *Comites Mielnicenses* (hodie Wrtbæi & Guttensteinij) *Wrsovvecij* (Sekercæ) *Bivoij* (Hazmburgici, Leones &c.) *Kolovvratæi, Lobkovvicij à Lobkone &c. &c.* Si item ob antiquitatem eorum origo indagari non possit, ùt *Kauniciorum*, & qui eadem ferunt Insignia Clypeorum, ùt *Bibrsteiniorum*, *Kragirziorum*, *Rziczaniorum*, *Rosensium*, *Sckleiniciorum*, *Seberkarum*, *VValdsteiniorum &c.* — Nobilitatis in Bohemia primus adventus.

III. Si origo quidem indagari possit, sed magnam contineat antiquitatem, ùt *Berkarum* (quorum plurimæ fuerunt stirpes, ùt *Ronovij*, *Lippæi*, *Krussinæ*, *Miczanij &c.*) qui sub *Jaromiro Duce*, ob fidelitatem, & servatam ejus Principis vitam, inter Imperij Barones numerari cœperunt circa An. 1000. &c. — Origo Nobilitatis gloriosa.

IV. Si qui ex Nobilitate aliunde ad nos venerunt, quàm antiquam originem habeant, ùt *Sternbergij* ex Comitatu *Sternbergensi* ex Germania (quos tamen, ùt etiam *Rosenbergicos gentiles Regni incolas* fuisse, & in Bohemia ab omni memoria vixisse, nec exteram originem eorũ Majores admisisse affirmat *Paproc:*) ùt *Czertoregij, Starzimskij &c.* qui cum *Svvatavva filia Casimiri Poloniæ Regis* circa *An.* 1100. venerunt, ùt alij qui sub *VVratislao & Przemyslio Regibus*, aut cum Ioanne & Carolo IV. Luxemburgicis in Bohemiam immigrârunt, ùt *Bibrsteinij*, *Haugvvitij*, *Ortembergij Comites*, *Lambergij*, (quorum vetusta sepulchra in Ecclesiis veteribus visuntur) &c. & sub posterioribus Regibus Comites *Hardeckani*, & nostrâ memoriâ innumeri alij. — Adventus Nobilitatis diligenter examinandus.

V. Si factis illustribus & heroicis Nobilitatem emerunt, ùt *Bercæ ad Teslinium* alligato ad Quercum *Jaromiro Duce*, & Stratagemate *Hovvoræ Venatoris* neci erepto, ùt *VValdsteinij Leonum Insignia in terra sanctâ*, cùm fratres armorum, ùt veteres vocabant, facti essent cum *Ducibus Brunsvicensibus &c.* ùt *Kolovvratæi Aquilam Polonicam* retulerunt, cui coronam auream inseruit *Carolus IV.* ùt *Budovecij*, qui in Ungaria, cùm acies Bohemorum trepidaret, restituerunt prælium, & victoriam suis attulerunt, ac tres sangvinis lineas tribus digitis absectis, in veste ductas reportârunt in Clypeo, quæ illustria facinora in *Stemmatographia* narrabuntur. Gesta nostrorum hominum in *Prussia*, *Polonia*, *Gallia*, *Italia*, jam ex parte in Dec: I. Lib: VIII. Miscellaneorum narravi. ad *Mediolanum* sub *Friderico Barbarossa* ingenti numero Nobilitas nostra aucta est, datis ab Imperatore novis Clypeis, quorum nomina leges apud *Hagecium*. — Origo Armorum in clypeis spectanda. — *Hag. 1159.*

VI. Deductio Reginarum ad Reges Maritos magnam arguit Nobilitatis dignitatem, ùt *Berkarum*, qui *Constantinopolim Helenam* — Nobilitas deducit Reginas.

Friderici Ducis Bohemiæ filiam deduxerunt, ùt *Sternbergicorum Ladislao Regi* deſponſam ex Gallia Reginam, ùt *Roſenſium Eliſabetham Ladislai ſororem, Caſimiro III. Regi Poloniæ* adducentium &c. exempla plura ſuperiùs adduxi.

Nobiles regalium Bajuli.

VII. In funeribus *Regum & Cæſarum*, qui Regalia prætulerunt Nobiles magnà in dignatione ſunt habiti, ùt in *Maximiliani II.* funere &c. in coronatione qui regalia geſtârunt, adhuc majorem reportârunt gloriam, ùt in coronatione *Caroli IV. Sophiæ Uxoris VVenceslai, Ludovici Regis, Ferdinandi I. &c.* quæ dignitas vix apud nos locum habet, cùm hæreditaria ſint officia *Mareſcalli, Dapiferi, Pocillatoris*, ùt Libro VIII. Dec: I. narratum eſt; ad coronam tamen & pomum Regni, & vittam Regiam ferendam lectiſſimi ex Nobilitate adhibentur, & qui comitantur Regalia ferentes, id ſibi glorioſiſſimum ducunt, ùt nos ipſi in coronatione *Ferdinandi IV.* immaturè Patri & Regnis ſuis extincti ſpectavimus.

Aurati Equites ex Nobilitate

VIII. Si qui ex Nobilitate *aurati Equites* poſt prælia creati ſunt, à Regibus ingens decus bello partum conſecuti ſunt: exempla noſtrorum hominum adduxi ſuperiùs. In Regum coronationibus creantur *aurati Equites*, qualis Eques auratus creatus eſt, *VVenceslaus de Kumburg*, Eques Hungaricis bellis notiſſimus, qui moriens omnes ſuas facultates bene magnas, Eccleſijs & Cœnobijs donavit.

Nuptiæ Principum Nobilitati glorioſæ.

IX. Ex Conjugio Illuſtri probatur Nobilitas, ùt v. g. ſi Regum Nurus in Conjugio habuerint, aut Regibus, aut Principibus dederint, ùt apud nos *Georgio Regi Sternbergici Cunegundam Reginam*, & eâ mortuâ alteram *Joannam*, Proceres ex *Leonum Familia* eidem *Georgio Regi* elocârunt; *Roſenſes tres Reginas* in Conjugio habuerunt; Ducum filias, *Sſwvihovij Munſterbergicas & Glogovienſes*, item *Hazmburgici, Czaſtolovicij, Trczkiani: Oppavienſem & iterum Münſterbergicam; Georgius Sſelenbergius Duciſſam Carnovienſem, Kolovratæi Plavvenſem*, itidem *Plavvenſem Bohuslaus Haſſenſteinius de Lobkovvic, VVilbelmus Roſenſis* tres *Duciſſas, Sternbergici Hohenzollerianam, Novodomæi Münſterbergicam, Martinicij Gonzagianam, Slavatæ Eckenbergicam, Pernſteinij Manriquezias.* Contra verò datæ ex noſtris Familijs Nurus *Saxoniæ Ducibus* à Kunſtadæis itidem Miſnenſibus, Bavaris, Saxoniæ Ducibus Sternbergicæ Uxores, & quas antè adduxi, pluréſq; aliæ, ùt ſuo loco dicetur.

X. *Aſſeſſores ſupremorum Judiciorum terræ*, ex Nobilitate altiſſima petuntur, quorum nomina retuli in *Lib: de Magiſtrat:*

Officia Regni geſſiſſe magnū Nobili: decus.

XI. Officia Regni glorioſa geſſiſſe probæ Nobilitatis evidens indicium eſt, præcipuè in Regnis adhuc florentibus, exempla loco citato invenies *de Magiſtratibus.*

XII.

XII. Ex literarum Regiarum subscriptionibus, præcipuè si *Majestales*, ùt vocant, fuerint, Regum amorem erga Nobiles Familias, earúmq; in Aulis splendorem, & gloriam ostendunt. In Aulis vixisse.

XIII. Erogatores Privilegiorum, & aliarum rerum insignium, ùt *Academiarum*, *Episcopatuum*, *& Archiepiscopatuum*, verbo, *Bonorum*, *Donationum &c.* & quos Reges ac Principes nominant fuisse Intercessores, & Erogatores pro hoc & illo munere alicui conferendo &c. insignem aqud posteros memoriam relinquunt. Et Regijs literis subscripsisse. Item Fundationibus

XIV. Si ex ea Familia Episcopi, Præpositi, Abbates numerari & nominari possint, quod superioribus capitibus in Nobilitate nostra præstitimus. Familiarũ gloria ex Dignitati: Ecclesiasti:

XV. Si in eundem ordinem recepti eorum Majores fuerint, ad cujus ordinis admissionem requiritur legitima antiquæ Nobilitatis probatio, ùt *Crucigerorum S. Mariæ Teuthonicorum*, ùt *Rhodiorum*, seu *Melitensium militia*, ùt in *Collegiatis*, *Cathedralibus & Metropolitanis Ecclesiis*, *Canonici*, *&c.* quos præ copia enumerare non possumus.

XVI. Diligenter inquirendæ sunt sacræ in Cœnobijs, in templis, aliísque sacris locis *Fundationes*, quibus sæpè solis legitimè ostensis, Nobilitas antiquitatem suam, & ut ità loquar, valorem demonstrat. has nos pridem toto Libro Miscellaneorum V. comprehendimus, adductis aliquot millibus Fundationum. Ex Fundationibus factis.

XVII. Etiam Erectiones & ædificationes arcium, Oppidorum, imò & ædium magnificarum, & nomen Familiæ præferentium summum fuisse honorem Familiæ illâ ætate ostendunt, ut apud nos Arces complures dictæ *Sternberg*, *Pernstein*, *Rozmberg*, *Hazmburg*, *VVartemberg*, *VValdstein* aliquot, *Kauniczz*, *Raupovv*, *Guttenstein*, *Ssvvamberg*, *Krakovvecz*, *Hassenstein*, *Ronovv*, *Libstein*, *Landstein*, *Chlum*, *Ssvvihovv*, *Rabi*, *Rabstein*, *Richnovv*, *Klenovvic*, *Janovvicz*, *Smirzicz*, & aliæ innumeræ, & domus Pragenses antiquæ, *Rosensium*, *Pernsteiniorum &c.* Ex Ædificationibus magnificis.

XVIII. Commissiones & Legationes ad Principes & Reges Nobilitatis vetustatem, insupérque prudentiam, & in rebus gerendis dexteritatem indicant, quas superiùs attuli. Ex Legationibus.

XIX. Pericula suscepta, & heroica facta in prælijs pro Ecclesia, Patria, & Regibus cum periculo gloriosa, Nobilitatem illustrant, quæ in sequentibus libris legentur. Ex periculis pro Patria.

XX. Exercitus duxisse, hostes fugâsse, consilio & manu victoriam adjuvisse, non parvum decus habetur, quorum Ducum ingentem in Nobilitate nostra Catalogum texere possumus, ídque à nobis Ex militia.

A 2

bis ex parte factum eſt *Libro de Magiſtratibus*, fiétq; impoſterum, cùm decora ſingularum Familiarum prædicabuntur.

Ex Gubernatione Provincia:

XXI. Gubernatio Provinciarum laudatiſſima, & pacata, mitiſſima Imperia, aut contrà in turbidis rebus conſilio declinata Reipublicæ pericula, ùt ſub *Joanne Rege*, ſub *VVenceslao VI.* in pupillari ætate conſtituto, conſilia & curæ, *Tobiæ Epiſcopi* ex Illuſtriſſima Stirpe Procerum *Bechiniorum &c.*

Ex Peregrinationibus

XXII. Peregrinatio in diverſas terras, ſive pietatis ſtudio, ſive magnanimitatis & laudatæ curioſitatis gratiâ, ad *Aulas Principum* acceſſus, Nobilem animum, & ſuis natalibus dignum oſtendit; tales fuêre noſtrorum Majorum in *terram ſanctam peregrinationes*, ùt *Hroznatæ* ad *Sepulchrum Chriſti* magnis ſumtibus exornandum, ut eodem itinera *Harantij* (quæ Libro integro, cui *Itinerarium terræ ſanctæ* titulum fecit, deſcripſit) & antiquius *Itinerarium Præfati de VVlkanovva Equitis &c.* tum duorum *Ulricorum ab Hazmburg*, quorum alter à *Peregrinationibus Tranſmarinus* eſt dictus, alter *S. Benignæ Virginis & Martyris, ex Societate S. Urſulæ*, Corpus in Bohemiam attulit; talis fuit profectio *Martinicij* in Hiſpaniam, qui in memoriam Hiſpaniæ Oppidum ſuum ad *Smecznam Muncifag* voluit appellari; talis etiam *Leonis de Rozmital fratris Joannæ Reginæ Conjugis Georgij Regis*, qui multo comitatu, in quo præcipui: *Joannes de Zbiroh Hazmburgicus & Hinko Martiniczius*, qui ſororem Regis in Conjugio habebat, cenſebantur, omnium propè *Europæ Principum Aulas* obivit, ubique militaris virtutis, & fortitudinis & (quod tunc maximè in Nobilitate commendabatur) in haſtarum certamine peritiæ, & adverſarium ex equo deturbandi, haſtámque in æmuli pectore frangendi dexteritatis ſpecimina exhibens; quod glorioſum *D. Leonis* iter ex Bohemico in latinum convertit *Stanislaus Pavvlovvsky Epiſcopus Olomucenſis*, quod paſſim in Bibliothecis reperitur; maximéque illa admiranda ſunt, quæ idem *Leo* ejúſque *Comites in Aula Burgundica Philippi Ducis* geſſerunt: ob quæ heroicus ille Princeps, *Ordinis Aurei Velleris* inſtitutor aureum torquem illis tribus injecit, ſic inſtitutioni ſui Ordinis quodammodo præludens, ut in Lib: VIII. Capite de Haſtiludijs narravi.

Ex Ditionum multitudine.

XXIII. Potentiam Nobilitatis arguunt maximè antiquæ poſſeſſiones *Civitatum*, *Arcium & Oppidorum*, quas Majores eorum ditione tenuerunt, ùt apud nos *Ssvvibovij*, qui dimidium propè Regionis Plſnenſis obtinebant, præcipuè *Putha Ssvvibovvius* in ſua Familia dictus Ædificator, ut *Sstampachij & Hizrlæi*, ad quos Cubitenſis Regio ferè tota ſpectabat. quantæ divitiæ fuerunt *Slavvkonis Comitis Oſſekani!* quantæ *Pernſteiniorum in Bohemia & Moravia!* quantæ *Guttenſteiniorum! Burianus de Guttenſtein* cùm ad Nuptias filij â ſingulis pa-

pagorum Judicibus ad ostentandam potentiam, unum vitulum, à molitoribus verò unum saginatum Suem postulâsset, vitulos allatos sibi vidit *mille septingentos*, sues verò *quingentos*, ut citatis fide dignis authoribus in Originibus Guttensteinijs narratum à nobis est.

XXIV. Ab hostibus quoque de Nobilium potentia conjectura sumitur, ut si proprijs auspicijs aliquando bella gesserunt. Constat *Ssvvibovios* collecto milite cum *Ducibus Bavariæ* armis decertâsse, Schlickios item ab universa *Nobilitate Bohemiæ* bello petitos, egregiè aliquamdiu restitisse & bellum compositione non multum suis rationibus adversâ finivisse &c. taceo *Rosenses*, *Lippæos*, & plures alios, qui cum *Regibus Joanne*, *Sigismundo*, *Alberto*, *Georgio* & cæteris bellum gesserunt. Ex Bellis proprijs operibus gestis

XXV. Digna etiam sunt, quæ annotentur, sepulchra *Nobilium Virorum*, & vel maximè *Mausolea*, ùt sunt *Lucemburgij* eorum *Procerum & Equitum Bohemorum*, qui cum *Rege Joanne in prælio Cressiacensi* ceciderunt, quorum nomina habes in Epitome nostra. *Mausolea* hujusmodi visuntur apud nos *Bilinæ*, *Budinæ*, *Altovadi*, *Novædomi*, *Cadanæ* apud *quatuordecim Auxiliatores*, *Blatnæ*, *Tinæ*, *&c.* & in vetustis Ecclesijs, ubi plurima sunt antiquæ Nobilitatis sepulchra, ùt *VVelbarticij*, *Niemczicij*, *in Blizivv ad Tinam*, *Duxoviæ*, *sub Mielniko in Cœnobio* RR. PP. *Augustinianorum*, & in plerisque Religiosorum templis. Ex Mausoleis & sepulchris.

XXVI. Ex mutatione Insignium etiam nascitur nova *Nobilitati gloria*, ut ex Conjugio alicujus Illustris Fœminæ, quæ ultima fuerit Familiæ, ùt *Ssvvibovviorum & Lobkovviciorum* cum duabus sororibus *Plichtarum Zierotiniorum*, ùt *VValdsteiniorum* (ùt aliqui putant, aucto numero *Leonum*, ob Familias pereuntes) ùt *Nachodiorum* addito *Leone Berkianis Insignibus*, *& Novodomensium Proceres* additis octodecim cordibus, corona ruteâ, & alijs parergis, ùt *Kolovvratæorum* inserta in Clypeum Aquila &c. &c. ùt *Martiniciorum* Stella octicornis apposita. Ex innovatis Insignis

XXVII. Electores loco Regum nominati, ùt tempore *VVenceslai VI. VVladislaus; vel Ludovici Regis* loco: *Ladislaus* à Sternberg ad electionem *Caroli V.* missus &c. & in Nuptijs loco *Ottogari I. Brzetislaus.* Electores Regum.

XXVIII. Petitores Regnorum & magnæ dignitatis pro Regibus suis aut Regum fratribus, & consangvineis: ùt *Rosenbergici*, *Pernsteinij* & cæteri, pro Austriacis in Polonia ad Regnum assumendis. Petitores Regnorum

XXIX. Ex Nobilitate Electi in Reges: ùt apud nos *Georgius Podiebradius*, *& VVilhelmus Rosenbergicus in Polonia*, si voluisset, Rex salutandus, ùt in Epitome narravi. Status altioris consecutio.

XXX. E Proceribus nostris, qui se *Barones* appellabant, facti *Principes & Comites*, quorum multitudine laboramus, imò etiam ex Equitibus nostris ad altissimum Comitum ordinem assumti, ùt vidimus & videmus.

Admonitio mortis. XXXI. Ad gloriam Nobilitatis pertinet, si DEUS ipse de vita Nobilium curam gerere, aut gessisse videatur, aut etiam significationem imminentis mortis dare; quales in Bohemia multas Illustres habemus Familias, quæ mortis instantis admonentur, ut *Kolowratæi*, sudore sepulchri Alberti de Kolovrat in Roczovv, ùt *Slavvatæ* per *Albam Dominam Novæ domi*, apparentem; &c. de his mortis secuturæ prodromis egi latissimè Dec. I. Miscell: L. 3. C. 19. §. 3.

Hastiludia XXXII. Exciderant ludi celebres à Regibus instituti, & spectacula hastiludiorum, quæ jam Libro II. *de Magistratibus* tractavi; eorum ludorum historiæ ab An. C. 790. nomina Nobilium recitant, & certissimum argumentum præbent antiquæ Nobilitatis.

Plura sinè dubio argumenta pro Nobilitate annotari potuerunt: sed hæc tantùm vacillanti, & senili memoriæ succurrerunt; plura si otio abundarem, & vires suppeterent, annotare potuissem.

CAPUT. XVIIJ.

QUÆNAM ILLUSTRES FAMILIÆ APUD BOHEMOS prioribus sæculis, ac præcipuè hoc nostro calamitosissimo, cum summo luctu Patriæ interierint.

NObilitatem, & clarum genus tot & tantis naturæ, & fortunæ præsidijs muniit, & sepsit DEUS, ut si corpus spectes, ex alijs quàm vulgus elementis compositi, si fortunæ bona, mortales quidam Dij videantur: formæ gratia in plerisque lucet; divitiæ impunitatem rerum omnium & amorem pariunt; parata, & obvia corporis, sensuúmque voluptas, Regum & Principum gratia, quam Authoritas sequitur, Magistratus, & Imperia in suos, & alienos, tam terrorem quàm amorem conciliant; at quia hæc omnia bona superbos plerumque, irritabiles, contemptores, voluptuarios, crudeles, efficiunt, sapientissimè providit idem DEUS, ut hæc omnia bona magnis sæpe calamitatibus, quibus tenuis fortuna non subjacet, misceantur. Amissa Regum gratia felicitatem omnem in fel convertit, ut meritò clarissimus Aulæ sanctæ Scriptor omnibus Religiosorum, quæ sibi per virtutem irrogant, cruciatibus & tormentis aulicorum miserias anteponat. Quid de amissione bonorum, deportatione in exilium, honoris jactura, invidia, & inimicorum insidiosis conatibus, (quos

Felicitas & infelicitas Nobilitatis

(quos semper timere oportet) loquar? ipse DEUS, ut illos sibi approbet (quanquam priora mala, & ipse immittat) duo præcipuè adjicit: sterilitatem, & infœcunditatem, in prolibus, quod tam usitatum est, ut etiam Ethnici Scriptores à Fide vera alieni, hanc Divitum, & Nobilium hominum infelicitatem satìs mirari non potuerint, & caussas reddere tentârint. Optimè *Plutarchus*, cujus hac de re sapientissimam, & ingeniosissimam Disputationem alioin loco retuli, postquam naturales causas, ut: varietatem ciborum, frequentem ingluviem, iram, & furorem (quæ dulcem sangvinem, amarum, & ineptum fœturæ reddunt) tristitiam quâ Nobilium corda marcent, & sæpe flaccescunt, aliásque deinde magno numero attulisset, postremam, eámque prævalidam subjecit ex cœlo, & divina Providentia petitam: *quia si*, inquit, *divitum numerus augeretur* (crudeles Dominos intelligit) *actum esset de genere humano non secùs, ac si luporum multitudo excresceret, actum de ovibus clamarent pastores; itáque sapientissimè providit Natura, ut paucissimi accipitres, plurimæ columbæ, pauci lupi, oviculæ plurimæ (quarum prima est in animantium genere fœcunditas) universim quæ nocent, & aliarum animantium mortibus vivunt, sterilitate damnentur; contrà mitissima animalium, & volucrum, quæ dulci sangvine abundant, numerosissima nascantur.* Sed hæc odiosa, & in paucissimos dicta mittamus. Plutarchi de Nobiliũ sterilitate sensus.

Alterum quo Nobilitatis superbia utcunque detumescit, telum intorquet DEUS, quod est mors, & interitus Familiarum Illustrium, cum admiratione Provinciarum, ut, qui multos genuêre liberos (quod in Nobilitate perrarum est, ùt antè notavi) eosdem terris tantùm ostensos, inopinatè è vita deturbet mors, quæ sæpe in liberis totas familias extingvit. Clepsydra mortis, vel potiùs arenarius modulus horarum sæpe cinere Familiarum Illustrium impletur; vexillum quod agitat mors, faciliùs Potentûm altis cervicibus, quàm humilis fortunæ calcibus insultat. Mors prolium in Nobilitate frequẽtissima.

Admiranda hujusce rei exempla, Historiæ veteres, ac novæ suppeditant, quæ in *Zvvingero*, & alijs, qui communes locos scripserunt, leguntur; lectissima & propiùs ad nos spectantia adducit *Abrahamus Hoffmannus: Boleslaus Ssvvidnicensis Dux* ex tribus Uxoribus 27. Filios, & 4. Filias numerabat, nihilominus post Patris mortem discordiâ Fratrum internecinâ effectum est, ut non esset, qui Patri succederet. An. 1453. *VVratislaviam ad Comitia Principum* ingressi sunt 76. Principes valentissimi plerique omnes, liberis insuper 77. domi relictis: pauca âbière tempora, jam 14. Silesiæ Principatus legitimis caruêre Principibus, & adhuc paucitate Principum laborat Silesia. Exẽpla pereuntiũ Familiarum, quæ antè fœcundissimæ fuerũt. *Geneal: Salhaus.* Duces Silesiæ.

Comit: de Abersperg

Quod ſequitur magnâ tum viventium admiratione exceptum eſt, idque plurimi Scriptores retulêre : *Babo Comes de Aberſperg* ex duabus Conjugibus 32. filios, & octo filias ſuſceperat, atque ut fœcunditatem ſuam in luce & Comitijs oſtentaret, *Ratisbonam* venit ad *Cæſarem*, & viventes, ac bene ſanos omnes obtulit Cæſari, qui delectatus rei novitate omnem gratiam promiſit, & non paucos eorum in Aulicorum numerum retulit: Ecce autem paucis interjectis annis *Nicolaus ab Abersberg*, quòd eſſet ultimus Familiæ, cum ſcuto, & annulo Nobilitatis ſepelitur. Idem accidit *VVolffgango de Arnsberg*, qui triginta & unum filios mœſtiſſimus Pater tumulo compoſuit. *Bruno de Querfurt*, quæ ſtirps Illuſtriſſima eandem Originem cum *Comitibus Mansfeldijs* habuit, cùm multitudine filiorum obrui ſibi videretur (nam tres ac viginti computabat) flebat nimirum, ſed brevì lachrymarum cauſſam mutâſſet; cùm tota ſua poſteritas interiret. *Hermannus Friſiæ Princeps* quinque uxores habuit, & 43. filios, nec multum effluxit temporis, cùm & Pater, & filij in ſepulchrum ſunt illati.

Ioan: Aventin. Hoſſmã l. c. Spenner &c. im Hoff 2c.

Arnsbergii

Querfurtii

Princeps Friſiæ.

Non deſunt Bohemiæ noſtræ exempla, eóque triſtiora, quòd non unam aliquam illuſtrem ſtirpem, cujus jactura aliorum illuſtrium Stemmatum multitudine compenſari poterat, ſed univerſim Nobilitatem omnem, cujus conſilijs, & armis, numero & potentiâ, atque ipſorum corporum objectu Patria defendebatur, afflixit & redegit ad paucos. Libro V. Miſcellaneorum, cùm Fundationes, Erectiones, & Dotationes Altarium recitarem, facilè *trecentas illuſtres Equitum & Baronum Familias* nominavi, quæ ab annis trecentis cum pulviſculo (ut Plautinè dicam) nullo ſui veſtigio relicto periêre; has enumerandi labore, hoc loco ſublevabor in parte, reliquas propiùs ad noſtra tempora Titularibus Regni Libris adiutus recitabo.

Quænã in Boh: illuſt: Familiæ perierint.

Comites & Barones quorum illuſtres Familiæ apud nos penitùs ſunt extinctæ.

Roſenſes.

Roſæ aureæ Proceres, ſeu Vitigones, ſeu Novodomæi in Adamo de Novadomo ſub finem prioris ſæculi ſunt extincti.

Roſæ rubræ ſeu de Roſenberg, ſæculo noſtro in Petro Roſenſi circa An. 1611.

Albæ Roſæ ſeu Landſteiniorum in Wilhelmo, ſæculo noſtro, circa An. 1610.

Proceres cæruleæ Roſæ ſeu Auſtenſes ætate patrum, in Sezyma Domino de Auſſti, qui circa An. 1614. naturæ debitum perſolvit.

Nigræ Roſæ Dynaſtæ de Straz, dicti, jam propè ante duo ſæcula perierunt.

Kravarzii.

Kravvarziorum primæ notæ Proceres jam pridem ſepulchris claudun-

duntur, supersunt tamen in Moravica Nobilitate, qui Tvorkovskij de Kravarz dicuntur.

Plichtæ Zierotinij in Bohemia ante duo sæcula desierunt, ut dicam in *Lobkovicijs*, & *Ssvvihovvijs*, qui dum Familia interiret, duas ultimas *Plichtarum Nurus (Scholasticam & Sophiam)* accepêre in Conjuges, ideóq; *Plichtarum Aquilas* suis inseruêre. Plichtæ.

Schvvambergiorum duplicem lineam ætate nostrâ *Mors ultima linea rerum* delevit: alteram quæ Rosam habebat adjunctam, (ob mutua pacta Rosensium) alteram quæ Rosâ carebat, utriusque *Cygnus* in morte conticuit. Ultimum hujus Stirpis Cognatæ Regibus, domos Pragensium oberrantem, & poscentem auxilia, quæ miseri solent, cum dolore spectavimus. Schvvambergii.

Smirzicij heroum sangven, paulò ante memoriam nostram perierunt; maximarum ditionum Domini, & Conjugijs Ducum, & Principum implexi. Smirzicii.

VVartembergicorum deplorandus est occasus, quorum consilijs & armis Patria in acie novaculæ constituta sæpius exempta periculo est. Eorum multæ propagines fuêre: *Zvirzetickij*, *Deczinij*, *VVesselenses*, *Michalovvicij*, & plures alij magnis Principibus, Ducibus connubijs copulati, ut in Stemmatographia dicetur. Illud tamen in solarium Patriæ cessit, quòd ex ea gente *VValdsteinij lineâ* virili prodierint, quos *Anna Perenna*, ùt Antiquarij loquuntur, nos melius divinam Majestatem precamur, ut incolumes sinat quàm diutissimè. Wartenbergii.

Hasenburgicorum Stemma simile fatum sensit ætate nostrâ, in ultimo suæ *Stirpis Jaroslao*; descendit hæc familia â primis Bohemiæ sæculis cum *Czecho* in has oras ingressa, & in plures Ramos diffusa: *VValdeckanos*, *Klopegos*, *VVlastislavvios*, *Hurkovvskios*, *Kossalovios*, & quos enumerat Hagek ad annum 1225. Omnes interierunt unâ lineâ *Leonum de Rozmital* superstite, quæ in Moravia perseverat. Hasenburgici.

Berkarum quoque Familia in uno *Francisco Antonio* persistit, antè in plurimos ramos divisa: erant *Lichtenburgij seu Krussinæ*; erant *Lippæi*; quorum maxima in Patria authoritas, erant de *Nachod*, quorum ultimum novimus, erant *Aderspachij*, erant *Miczanij de Klinstein*, erant *de VVissenburg*, erant *Ptaczkones de Pirgstein*. Berkarum Rami.

Ex Lippæis prodiêre Krzineckij de *Ronovva*, quos superesse, & in aula *Serenissimi Marchionis Brandeburgici*, gratiâ & authoritate, aliísque fortunæ muneribus circumfluere audimus.

Sternbergicorum Stirps, etsi in pluribus heroibus vivat, certum tamen est plurimas eorum lineas, *Holickijs* exceptis, perijsse; soli â *Zdenkone* & *Alssone* descendentes perennant. Qui rubram Stellam gestaverunt, & sexangularem, ex quibus ortus est Albertus I. *Cruci-* Sternbergicorum Rami extincti

gerorum Hoſpitalenſium ad Pontem Generalis, ejúſque Patrueles, quique ex Styria cum *VVitobitio* ad nos venerunt (ut narrat *VVolffgangus Lazius*) ſunt exſtincti.

In LL. de Migrat. Gent.

Ssvvibovvskij Stirps Ducum Bohemiæ Przemislæorum eſt; in uno *Franciſco Ignatio* olim tam diffuſæ ſtirpis unico Nobilitas ſpem ſuam habet collocatam.

Welhartícii periêrunt. *Domini de VVelharticz* qui à Dominis de Nova domo deſcendebant, jam pridem per mortem erepti ſunt Bohemiæ, & coronam Regiam inflexam geſtabant in Clypeo.

& Rabſteinii. *Domini de Rabſtein* apud nos periêre, ſed in Miſnia perſeverare dicuntur.

Drazicii. *Domini de Drazicz* (quorum Clypeum militarem in propylæo Baſilicæ S. Ægidij, & in Raudnicenſi, quam condiderunt, Eccleſia videmus) ante ducentos & amplius annos terras deſeruêre. ità & *Proceres de Chauſtnik*, *de Liticz*, *de VVeleſſin*, *de Duban Auſchæ Domini; Czaltæ de Kamennabora*, ſeu *de Steinberg. Leskovvecij.* Item *Dobrohoſtij*, *& VVeitmilij*, *ſeu Krabicze.*

Ruckſteinij VVartenbergicorum, *& VValdſteiniorum* cognati interiêre funditus.

de Strakonicz. Eandem fortunam *Domini de Strakonic*, qui Prioratum Strakonicenſem Melitenſium fundârunt, ſenſêre.

Mrackii. Eodem fato *Domini de Duba* (nam de Dube Berkarum agnomen eſt) interierunt, in ultimo *Carolo Mraczky* de Duba, qui ſtrenuè dimicans pro Cæſare in prælio Janckovienſi occubuit.

Pernſteinii. Idem fatum *Pernſteinianam* Familiam excepit, quæ in ultimo Joanne Wratislao paucis diebus ante prælium Luczenſe exſtincta eſt.

de Pardub: Domini & Equites de *Pardubitz* duplices in Bohemiæ Nobilitate fuerunt: alteri Gilvi Coloris *Gallum* in flavo Campo geſtavêre, ex quibus ego exiſtimo omnes, qui in Nobilitate noſtra hanc alitē ferunt, prodiiſſe, qui ſe deinde coloribus diſtinxerunt; ſed *Pardubitij* omnes omnino interierunt. Alteri *Domini de Pardubicz* equum frenatum medium geſtabant in Clypeo, qualem geſtavit *Archiepiſcopus Erneſtus Pardubitij Dominus*, & hi adhuc perſeverant, etſi coloribus equellorum diſtincti: Barones hujus Familiæ, qui ſe *Flaſcas & de Richemburg, & de Stara vel Scara* ſcribebant, & ex Fratribus *Erneſti I. Archi-Epiſcopi* (*Smilone & VVilhelmo*) prodierunt omnino ſunt exſtincti. Equeſtris tantum linea perſeverat, ut dixi. *Rozvvadovvskij* hodiéq; Album Equellum oſtentant, *Malovecij* Aureum &c. ex quibus nonnulli in Dominorum Cenſu computantur.

de Kunſtad *Kundſtadæi* ſeu de *Münſterberg* (eâdem enim Familiâ cenſebantur) in ultimo *Georgio VVilhelmo Lignicenſi & Brigenſi Duce* nuper interier

terierunt, quorum aliquot etiam in Equeſtri Statu vivebant, ùt *Drnovvskij &c.* in Dominorum cenſu numerabantur omnes *Boczkones*, *Kunæ*, *Zagimaczij &c.* qui honoratiſſima munia, in Moravia præcipuè geſſerunt.

Burgravii de Dona ſemper Bohemicæ Coronæ fideles in noſtra Nobilitate numerabantur, & ampliſſima Regni munia gloriosè obibant; hodie in Bohemia nulli ſunt, ſed in vicinis Provincijs florent, & plerumque gloriosè Militiam colunt. De Dona vel Donina

Eadem eſt Conditio Dominorum de *Herſtein*, *& Dominorum de Kolditz*, quos alibi ſupereſſe non dubito, ſed eos in Bohemia non videmus. *Herſteinii & Kuchlicii* in Clypeo ſolis coloribus differebant: nam illi cervum cornutum ſalientem flavi coloris in argenteo Campo, Iſti ſimilem Cervum exertâ lingvâ, ſed in cæruleo Campo geſtabant, utrique perierunt. De Koldic De Kitlic.

Domini Kragirzii ſeu de *Kragek*, vel de *Kreide* noſtrâ memoriâ extincti ſunt. eos plurimæ Bohemicæ Familiæ inter Majores ſuos per Matres habuerunt. Kragirzii.

De *Horzovicz* Equites ſplendidiſſimi, quorum erat Corvus niger extenſis alis Annulum Cæruleum cum rubra Gemma ore ferens in Campo flavo, interierunt. De Horzovvitz.

Equites de Rozdielovvicz, quorum erat aurea rota in cæruleo Campo, ſunt extincti.

Domini de *Liticz* & Domini de *Czaſtolovvicz* ab eadem origine proceſsêre, & maximorum Ducum ac Principum Nurus conjuges habuerunt, ſunt penitus extincti, *Zampachii* eorum inſignia ſuis inſeruerunt ob cognationem, ſed & hi memoriâ noſtrâ perierunt, ultimum ex *Zampachiorum* Comitum gente altiſſimæ ſtaturæ Heroëm Adoleſcens vidi. De Czaſtolovvic. Zampach.

Daupovvecii & de Czitovv, *& Zdeslai & Milotæ*, *& Bavorii* & qui *de Mileticz*, *& de Trzeboticz & de Sſtiedra*, *& de Peſovvicz*, *& de Pernaticz & Skrchleb*, *& Cziborii & de Temnerzicz* dicebantur variarum Familiarum Equites (quorum Clypeos Gentilitios alibi deſcribo) & inter Aulicos *Cæſaris Caroli IV.* numerabantur, interierunt; his adjice Equites *Bernardicios*, qui priori ſæculo ſunt extincti. Familiæ plures extinctæ.

Inter celebriores Familias habita ſemper eſt in Bohemia Stirps Comitum Oſſecanorum de *Ryſnberg*, ferebant in Clypeo Raſtrum hortenſe nigrum cum novem aduncis dentibus in argenteo Campo; hi magnificè Oſſecenſe Cœnobium fundârunt, in quo & Fundator ipſe *Zlavvko*, & complures ex eadem Familia ſunt tumulati, ùt lapides ſepulcrales demonſtrant. Ab eadem origine deſcendêre Domini de *Hayko*, qui ſolis coloribus differebant; & in cæruleo campo *Aureum* Comites de Oſſek.

Rastrum cum decem dentibus gestabant. Item *Domini Kostka de Postupicz*, qui octo denticulos in Rastro gerebant, Rastrum verò colliculo infixum habebant; sed omnes hæ Stirpes generis humani luctuoso fato interierunt.

de Ianovic. *De Janovvicz* aliquot Stirpes habuimus inter se omnino diversas: antiquissimi inter eos *Domini Herbordi de Janovvicz* ferebant in Clypeo *Lupam* cum infantulis duobus *Romulo & Remo*, qui infantiles manus in os lupæ velut Matris inferebant. Causam hujus Clypei dedit occupatio *Urbis Romæ*, cujus Insigne *Lupa cum pueris*, ùt suo loco narrabo.

De Janovvicz itidem *Nachodij Proceres*, & D. D. Sspetle (à prioribus diversi) dicebantur: omnes hi Rami extincti sunt; at reliqui *de Janovvicz*, qui nihil cognationis cum prioribus habuerunt, Domini & Equites de *Janovvicz* plurimi hodiéque supersunt, & originem suam referunt ad *Klenovios*, & ad eos qui *Tabulam Schachidis* gestant in Clypeis.

Hodiegovii. *Hoddiegovij* (ex quibus ortus erat Mecœnas Eruditorum Dominus *Joannes*) sublati sunt omnino.

Pereuntes Familiæ. Nostrâ & Patrum memoriâ *Sspanovij*, *Sovvinæi & Domini de Kaczovv* (*Ramus Stossiorum*) *& Fürschbitzij de Nabdin*, & primaria *Lobkovviczorum Stirps Hassensteinij*, item *Tunkelij*, *& Sskvvoreczkij* (*Ramus Klinsteiniorum*) *& Gensteinij* & omnes *Kunstadæi & Pflugij*, *& Domini de VVillemfels*, *& in Moravia Ludanicii & Kropaczii & Bozkovvicii*, *Ssemberæ & de Miliczina* perierunt, item *Biberfteinii*, *Liczkones de Rissinburg & Zmrzlikii & Humburgii & Dobrobosii* pari fato extincti.

Plures adhuc enumerari possent, sed jam tædium obrepit, & in Stemmatographia eorum nomina legentur, recitati etiam sunt in fine Lib. V. Miscellaneorum.

Quænam Familiæ Equestres interierint. In Equitum Familijs extinctis referendis non modò dies me, sed hebdomadæ deficerent. Præcipuas referam per Indicem: Horczickij de Prosteho, Baubinskij, Chrtij, Budovvecij (qui postea inter Barones sunt cooptati) Ottæ de Losu, Pessikovve, Skurovvskij, Pampæ de Wiczkovvicz, Tataussij de Smolovva, de Sobiehrd, Aulibiczkij, de Barchovva, Bohdaneczkij, Blektæ, de Buzicz, Chabrovvecz, de Chrzinovva, de Cunemile, Cydlinskij, de Zalezl, Daupovvecij, de Gevvissovvicz, de Hlussecz, Hrussovvskij, de Jablonna, Kabæ, de Kamberg, de Kameyk, Kameniczkij, de Kladna, Koneczchlumskij, Kopydlanskij, Kolman, de Korotin, Kurka, de Kovvan, de Krifflstett, de Kozoged, de Kraselovva, Kule, Lisska, de Lungvvicz, Merklinskij, Nebylovvskij, Pancyrz,

Par-

Parcyfal, Pleſſij, Reich, Rus, de Rozdialovvicz, de Sendrazicz, Sovva, de Wſſehrd, de Wylemovvicz, de Wſſechlap, de Wſletat, deZabedovvicz, Zmrzlik de Ssvvoyſſina. aliquos ex his ſupereſſe ajunt, ſed cum paupertate miſerè conflictari.

Denique nullum finem invenio, & in labore propè infinito verſari ætati meæ nimis incommodum eſt, & quod à me prudens Lector non ſat juſtè poteſt exigere.

CAPUT. XIX.

QVIBUS ADMINICULIS, LIBRIS MM. SS. AC MEmoriis ad Notitiam vetuſtæ in Bohemia Nobilitatis pervenire & adjuvari poſſint, qui Familiarum Antiquarum apud nos ſtudio tenentur, earúmque Origines Poſteritati commendare volunt. Judicium Noſtrum de Bartholomæi Paprocii, unici apud nos Stemmatographi Libris, quos tam de Bohemiæ & Moraviæ, quàm de Sileſiæ Illuſtribus Familiis initio hujus ſæculi elucubravit.

MUltum ignaros ſeſe oſtendunt, qui *Bohemiæ Regnum* hodiernis limitibus circumſcribunt: nam ut taceam fines *Bohemiæ* aduſque *Noribergam*, & in ejus conſpectu quondam protenſos (ùt alibi probavi) item occidentem verſùs ad aliquot Milliaria quot annis adrepentibus ad nos paulatim, Sylváſque excindentibus, nulla terminorum curâ, alienis Ruſticis (cujus rei oculatus ſum teſtis) *ex Bohemia Bavariam vel Palatinatum* redditam, item *Auſtriam* verſùs ad Danubium uſque Bohemiæ fines, ſub Przemislæis Ducibus ac Regibus porrectos; item ut prætereamus, inter Comitatum Glacenſem & Bohemiam, poſt *Caſtrum Homole vel Humel* mutatos aliquantulum limites, ut taceam in Cerconoſſijs Montibus multum montium nobis abſciſſum, & in *Albi & Gizera* piſcatum, ab alienis hominibus inchoatum, quod nunquam Majores Noſtri permiſerant, cùm Albis totus cum fontibus ſuis undecim, ùt Tabulæ Topographicæ veteres juxtà ac novæ demonſtrant, in Bohemiæ ſolo naſcatur, ut ex antiquis Scriptoribus Græcis ac Latinis probavit *Paulus Stransky*, ùt etiam ſileam ad *Luſatiam Bohemiæ terminos* aliquâ parte contractiores, nam etiam Urbs *Zittavia* inter *Bohemicas Urbes* olim cenſebatur. Ignari prorſus, & ut ità dicam *Becceſeleni* cenſendi ſunt, qui *Bohemiæ Regnum & Bohemiam* idem eſſe putant: *Regni Bohemiæ* Bohemia Principalis primaria pars eſt, *Moravia*, *Sileſia*, *Luſatia*, (antequam abalienaretur) *Comitatus Glacenſis*, *Egrenſe Territorium Regni Bohemiæ* partes ſunt. Imò adeò *Oppavienſis Ducatus*, & *Epiſcopatus Olomucenſis Bohemiæ* quon-

Bohemiæ Limites anguſtiores hodie.

in Repub. Boh.

Amplitudo Regni Boh: quondam.

quondam fuerunt, ipsíque Duces (Olomucensis & Oppaviensis) non Ligij Principes aut Vasalli, sed Bohemiæ Principes ac Cives (ùt Caroli IV. multiplices literæ aureis Bullis signatæ disertissimè explicant) haberi debent. Sub Przemyslao Ottogaro *Regno Bohemiæ* maxima pars *Prussiæ*, & nonnullarum Septentrionalium Provinciarum accessit Authoritate Pontificis *Alexandri IV.* circa Annum 1255. (literas recitat *Odoricus Raynaldus* in Annalibus Ecclesiasticis, & Nos in *Fundamentis Regni Bohemiæ*) qui in his Regionibus *Ottogaro* jus tribuit Reges pro arbitrio creandi, & alia Vasallorum munia imponendi, quod ille feliciter præstitit Castra & Arces multas, & Urbes (inter quas fuit *Regiomontum, Brunsberga &c.*) excitando, & Episcopatus Novos fundando, sed harum Regionum partem haud ignobilem *Equitibus Teutonicis Ottogarus* innatâ magnificentia donavit, ideóque meritò gloriari solitus est, cùm insuper *Styriam, Carinthiam & Portum Naonis &c.* ab *Ulrico II. Carinthiæ Duce* præsenti pecuniâ emisset, se *dominari à Mari usque ad Mare*, ùt sacræ literæ loquuntur, à Mari scilicet Adriatico usque ad Oceanum Balthicum. Tam amplum id temporis *Bohemiæ Regnum* erat! at postea mutari multa & dividi contigit, invitis & reluctantibus Ordinibus. hæc de amplitudine veteris Bohemiæ parergos dicta sint. Etsi verò angustis finibus circumscripta sit *Bohemia*, multitudine tamen Historicorum multas gentes provocare potest: nam falluntur insigniter, qui Majores nostros negligentiæ & in rebus notandis ignaviæ, ùt sæpius me scripsisse memini, accusant: omnis nostra diligentia, si cum Majorum diligentia conferatur, negligentiæ nomen meretur, sed jam propiùs ad rem.

Od. Raynal tom. XIV.

Ottogari justa gloriatio.

Quicunque igitur *Bohemiæ*, quantumcunque illa angusta sit, Nobilitatem, ejusque Origines nosse cupit, hæc illi legenda & pernoscenda sunt penitùs:

Qui præcipuè libri legendi sint Historiam Bohemiæ scripturo. Hagek. Dubravius

I. Historiam *Bohemiæ Hagecij* præcipuè & *Dubravij & Stranskij* ante omnia legat. Fateor *Hagecio & Dubravio* propositum non fuisse, ut Genealogias texerent, siquid tamen præcipuum in Familijs in Antiquitate repererunt, præcipuè in Origine Stirpis indicanda, diligenter sunt versati, ùt fecit *Hagecius*, agens de *Bivoiis, de VVrssoveciis Comitibus, Bessiis, Bercis, seu Hovvoris. Dubravius de Bozkovvicijs*, uterque de *Sternbergicis, Ssvvihoviis, VVeitmiliis &c.* & ijs qui ad Mediolanum à *Friderico Abenobarbo Imperatore* Equites aureati vel aurati creati sunt, & qui Romanam Coronationem *Caroli IV.* suis vexillis cohonestârunt, quíque fidelitatem Regibus sæpissimè probavêre, at ista nimium breviter ab ijs tractata sunt, sed nimirum ignoscendum illis est, quòd, cùm Majoribus imminerent, hæc minora neglexerint. *Stransky* laude maximâ dignus est, qui etsi summam brevita-

Stransky.

vitatem in Libello suo sequeretur, Catalogum tamen attulit, in quo Nobilium Stemata enumeravit. *Procopius Lupacius* & *Daniel VVeleslavinus Calendaria Historica*, hic Patrio sermone, ille Latino conscripserunt, quorum labor omni laude dignissimus censetur: nam dum mortes Illustrium Virorum annis, mensibus & diebus consignant, non jejunè id præstant, sed ferè semper Familiæ laudes, & præcipua gesta, aliquando etiam Origines adjiciunt; præsertim *VVeleslavvinus* in hoc scriptionis genere gloriam obtinet, qui in tanta brevitate *Indicis Historici*, nihil dignum memoratu omiserit. Hoc imitari voluit *Crugerius* Societatis nostræ *Sacerdos*, *Vir Historicotatos*, (in Pulveribus sacris Regni Bohemiæ) allatis aliquot Genealogicis Tabulis, sed morte præventus annum non absolvit, *November* enim *&* *December desiderantur*; sunt inter manus meas quædam ejus chartulæ, ex quibus apparet eum Stemmatographicum aliquid designâsse sibi, sed eæ tam confusè, & perturbatè conscriptæ sunt, ut advocatis in consilium Amicis ex una sæpe linea vix verbum legere potuerimus, & Plautinum illud liceret usurpare: *istud quidem Gallina scripsit*. Lupacius. Weleslav: Crugerius

Pessina in Marte Moravico laudem meretur non parvam, qui aliquot *Illustrium in Moravia Familiarum Origines* attigit, atque his etiam Bohemica Stemmata, ubiubi licuit, adjunxit, quam etiam ob caussam incusatur ab ignaris, quòd in *Moravica Historia* Bohemicam incluserit. Pessina.

II. *Tabulæ Regni* inspiciendæ sunt, in quibus magnâ diligentiâ & fide ab juratis hominibus annotantur successiones omnes Dominorum, tum quo jure *Hæreditates* adierint; nominantur *Parentes*, *Fratres*, *Consangvinei*, *Amici*; lites causâ hæreditatis exortæ, & per sententiam Iudicum finitæ &c. soliti etiam sunt in veteri Bohemia ij, qui in Regni Cives & Incolas admittebantur, & Nobilitati seu majori, seu minori accensebantur, *ad has Regni Tabulas Genealogiam* suorum Majorum deponere, ut se bene natos probarent, & hujusmodi probationum magnum numerum fuisse constat, quæ in incendio Arcis Pragensis, cùm etiam Tabulæ arsissent, An. 1541. perierunt, quam quidem jacturam *Rex Ferdinandus I.* reconcinnare voluit novo Magistratu constituto, qui in decennium sequens annotarent omnia, quæcunque probari possent in Tabulis prioribus inscripta fuisse, sed, ut quisque videt, omnia restitui non potuerunt, & quod de Tabulis Stemmatum diximus, hoc emansit. Ab eo Anno usquè ad præsentem 1687. Tabulas absolutissimas habemus. Ego, quanquam Clementissimus Cæsar *Leopoldus Regni Tabulas* mihi gratiosè patêre voluerit, nolui tamen ob certas caussas beneficio tanti Principis mihi aditum parare; aliam ingressus sum viam, & veteres Regni Bohemiæ Tabulas, quarum magna Tabulæ Regni.

gna pars in *Arce Ambrasia* penes *Oenipontum* ad Bibliothecam Vindobonensem translata fuit, favore magni Amici *Petri Lambecij* v. cl. concessas inspexi, ut multis precibus apud alios opus non esset.

Archiva Procerum.

III. *In Archivo Novodomensium Slavatarum* grandis fuit M.S. Codex, in quo lites de Nobilitate excitatæ, & judicio *Supremi Regni Præfecti*, ad quem ejusmodi causæ pertinebant, finitæ, continebantur; hunc Codicem, dum eam Bibliothecam ordinarem, & in classes suas distribuerem, in certo Bibliothecæ forulo statueram, sed cùm eam Bibliothecam post annos aliquot iteratò adirem, Librum, de quo loquor, non inveni, sinè dubio furto sublatum, aut ab ijs occultatum, quorum ibi Nobilitas in dubium vocabatur, aut sententijs Judicum minoris antiquitatis, aut dignitatis pronunciabatur.

Libri Erectionum.

IV. *Libri Erectionum* magnum Stemmatographis lumen adferre poterunt; latent in *Archivo Capitulari Metropolitanæ Ecclesiæ Pragensis* multi hujusmodi Codices, è quibus documenta & argumenta pro antiquitate Illustrium Familiarum erui possent; mihi concessum fuit ex gratia speciali Bibliothecam illam ingredi, sed M.S. non excutere, multóque minus mutuò accepta domi per amanuenses meos exscribere, *Erectionum* tamen grandia volumina XIV. multis precibus impetravi, quorum compendium solido anni unius labore confeci, & typis edidi, qui est Liber V. Miscellaneorum Decadis I. Hoc volumine demonstravi, nullam esse aut fuisse in vetere Bohemia Familiam, nec Dominorum, nec Equitum, quæ *Sacrificio Missæ* fundato æternis Censibus *Divinam Majestatem* non honorârit, quæ gloriatio omnia laudis argumenta continet.

V. *Archiva Familiarum Illustrium* studiosè indaganda & examinanda sunt ei, qui accuratam Stemmatum notitiam sibi comparare cupiat: nam etsi sæpius dixerim, bella internecina, quibus Patria ferro & igni dividebatur, Bohemiam afflixisse, conservata tamen sunt nonnulla ab Illustribus Familijs in *Arcibus*, *Castris*, *&* *Munitis* locis, quæ hostis non ceperat, ùt *Pernsteiniorum Pernsteinæ*; *Rosenbergicorum Crumlovij*; *Bercarum in Hohenstein*; *Novodomensium Novædomi*, *Cimburgiorum in Tovaczov*, *Ssvvambergiorum in VVorlik & Zvvikovv*, *& in Schvvamberg*; *Donæorum in Grabstein*; *Holiczkiorum in Sternberg & Lessnæ*; *Lobkovviciorum in Hassenstein*; *Kolovvratæorum in Arcibus* unde nomen traxerunt; *Ssvvihovviorum in Ssvvihov & Rabi*; *Sternbergiorum in Konopisst*; *Hasinburgicorum Budinæ*; *Pardubiciorum in Cunaci monte*; *VVartembergiorum in Devvin & in Tetzen seu VVarta*; Item *Bernsteiniorum in Helffenstein apud Moravos*; *Slavvatarum in Kossmberg*; *Ssmirziciorum in Nachod*; *VValdsteiniorum in VValdstein*, *& Arnovia*, *&c.* non vacat, neque hîc locus est,

omnia

omnia referendi. Hæc ergo communicata magnam Scriptori notitiam præbebunt. Ex his duo *Tomi VVartembergici*, qui inter manus meas fuerunt, multum illuſtrabunt Scribentes.

VI. *Unicum Bohemia*, quod ſciam, Stemmatographum habet, *Bartholomæum Paprocium de Glogol Equitem Polonum*, qui poſtquam Poloniæ Stemmata in Patria percenſuiſſet, edito egregio Libro, (cui *Nidum virtutum* titulum fecit) quem nunquam mihi videre contigit, ſed ab *Okolſkio* magnopere laudatur, *Slavicarum Familiarum* cognoſcendarum ſtudio incenſus, in *Sileſiam Poloniæ* vicinam primùm ſeſe tranſtulit, cúmque ibi, Slavico generi Teutonicum confuſum inveniſſet, hiſce præteritis, Slavicas Familias, Polonis ferè conſanguineas & ab eadem ſæpe Origine deſcendentes percenſuit, vulgato Libro, quem inſcripſit *Dialogus Viatoris Sileſiam tranſeuntis cum Hoſpite Sileſio*, eúmque Librum ſat negligenter compoſitum Proſkovvijs cæteríſque Sileſiæ Baronibus dedicavit; tum in Moraviam tranſgreſſus eſt, & hoſpitaliter ac benignè à *Pavvlovio Epiſcopo Olomucenſi* cæteríſque *Moraviæ Proceribus* acceptus, multis ibi annis uſquè ad A. 1593. conſedit, ſcripſitq; juſtum Volumen *Speculum Marchionatûs Moraviæ*, magnâ approbatione, atque etiam liberali remuneratione acceptum, quo omnes, quas invenire potuit, Moraviæ Familias deſcripſit, earúmque Clypeos militares, rudi quidem & ligneo ſigillo, ſed diligenti manu expreſſas, libro inſeruit, tandem in Bohemiam ſe contulit, multíſq; annis multorum Procerum ingratijs & gratijs in Bohemicæ Nobilitatis Origines inquiſivit, liberalitate & favore præcipuè uſus *Joannis Zbinkonis de Hazmburg* Doctiſſimi in Nobilitate noſtra Viri; ſed non æquè omnibus in Bohemia grata accidit ea Stemmatum inquiſitio, ſive ob innatam quibuſdam Nobilibus ſuperbiam: ſive quòd metuerent, nè aliæ Familiæ ſuæ Stirpi præferrentur, ſive quòd nihil de gente ſua annotatum haberent, quod *Paprocio* communicarent, & eam Memoriarum paupertatem fateri nollent, ſive alias cauſas, cur *Paprocium* repellerent, obtenderent: Scio Virum Illuſtriſſimum, & inter Proceres ejus ævi non poſtremum, cùm ad eum *Paprocius* adiiſſet, & ſingulari verborum comitate & humilitate, quid veniſſet, aperuiſſet, illum Catoniano ſuppercilio, reſpondiſſe: *nihil ſibi negotij eſſe, ac fore cum ignoto homine, qui fortaſſe ex Patria profugus in Bohemia ſeſe occuleret, ac vanâ ſpe deceptam Nobilitatem emungere auro inſidiaretur, infamis ſuæ ſolatium; Stirpem ſuam in* Bohemia *omnibus ſæculis floruiſſe, in maxima gloria vixiſſe, Magiſtratibus altiſſimis glorioſè perfunctam eſſe, quod omnibus conſtaret, proinde faceſſeret, neque unquam domum ſuam reviſeret; non egere ſe trivialium hominum præconio; Paprocius* pudore confuſus & contemtus diſceſſit, atque de illo ſtemmate pauca

Paprocii Stẽmatog:

Okolſky in Orbe Polõ:

Paprocius non omnibus gratus, & cur?

quædam attulit, tantùm nè omisisse prorsus stemma videretur. Hæc mihi Nepos primarij illius Viri, optimus & amicissimus ac nomini ac studijs meis faventissimus, audita à Patre suo sene, de Avo narravit. Paria maledicta & satyricos irrisus ab alijs quoque ex Nobilitate Bohema audire coactus est, & spartano Silentio concoxit *Paprocius*, ut multis Historiæ suæ Genealogicæ locis conqueritur. At meminisse oportebat Nobiles illos Viros: non esse eundem semper fortunæ vultum, mutari regna, iísque mutatis levissimo momento Familias quoque, ùt ipsi vidimus, in egestatem præcipites devolvi, & ea Stemmata, quæ tantùm in memoria hominum vivunt, morientibus hominibus mori; quod elegantissimè senior Philostratus Laconicâ Epistola ad Charitonem datâ expressit: *Putas Græcos tuarum Orationum* (stemmatis tui) *memoriã retenturos? qui verò nihil sunt, cùm sunt, quinam hi futuri sunt, cùm non ampliùs sunt? Vale.* Laborandum igitur Nobilibus animis magnopere est, ùt gloriam Familæ suæ non in ore hominum, sed potiùs in literis Eruditorum reponant. Insignis & memorabilis est *Senecæ* Philosophi sententia: *Scriptorũ monumenta unum est in rebus humanis opus, cui nulla tempestas noceat, quod nulla consumat vetustas; cætera, quæ per constructionem lapidum & marmoreas moles, aut terrenos tumulos in magnam eductos altitudinem constant, non propagabunt longam diem; quippe & ipsa intereunt; immortalis est ingenij memoria &c.* quæ sequuntur divina; in eandem sententiam Horatius de Carminibus suis:

Philostrat: in Epist.

Seneca in consolat. ad Polybium c. 37.

Exegi monumentum ære perennius,
Regalique situ Pyramidum altius.

Sed ad *Paprocium* revertor; is sinè dubio omne in Genealogia sua tulisset punctum, si Chronologiæ rationem aliquam habuisset, qua quidem in re minor se ipso invenitur, ùt in *Raupovijs*, quorum Memorias omnes, centum & pluribus Annis antiquiores facit, quod etiam pluribus in locis ab eo factum in Stemmatographia notabimus. Illud quoque, quamquam excusatè, nonnihil reprehendendum: quòd nimis religiosè *Hagecij Annales* exscribat, unde necessum fuit ijsdem erroribus involvi; Omittit præterea omnes Dominorum & Equitum Familias, quæ perierunt, cùm ab ijs per Matres, imò etiam per Fratres & Patrueles complures, quæ adhuc superant, Bohemorum Stirpes descendant. Denique *Equites*, *VVladicas*, & eos quos vocamus Erbownj confundit, ex quibus postremi Civilẽ Statum sæpe non excedunt, adeò ut etiam Opifices Sellularios, & qui (cum *Cicerone* loquar) *nasum cubito emungunt*, in Senatu Urbecularum sedere, quosdam etiam eorum, Wladicas appellari & Clypeis, ac Insignibus à Regibus collatis gaudere viderimus. Itaque totus Paprocij ultimo libro

Quid maxi mè Paprocio desit.

reci-

recitatus Nobilium Index (si non observentur ea, quæ superiùs libro isto C. 15. attulimus) vacillat & incertus est, nihílque ad probationem gnisiæ Nobilitatis facit. Porrò nè quem suâ laude defraudem, *Paprocij* de Stemmatibus Nobilium librum multis in locis, ut sic dicam, Polonissantem correxit, & omni peregrinitate sermonis ejectâ, genuinè Bohemicè loquentem reddidit, ipso *Paprocio* rogante *Raphaël Sobiberdus* (sic eo tempore appellabatur) *Raphaël Mißovvsky*, me adolescente Regni Bohemiæ Vice-Camerarius, Vir pereruditus, â quo hoc mihi narrante audivi.

VII. Magnopere proderit *Stemmatum Bohemicorum Histori am* scripturo, si non diligenter, at certè curiosis & emissiticijs oculis, vicinarum nobis gentium Genealogias perlustrare: juvabitur enim hâc notitia in Tabulis Genealogicis conficiendis, & sua firmabit. Aliquid in hoc genere præstitimus Nos quoque in libro præsenti C. V. VI. VII. VIII. & præstabimus adhuc in fragmentis Genealogicis. Genealogiæ vicinarũ Gentiũ.

VIII. Sed nihil æquè *Stemmatographo Bohemiæ* necessarium puto, quàm solerter Palatiorum, Curiarum, & locorum publicorum Inscriptiones, & Clypeos militares coloribus expressos quærere, examinare, & si opus sit, annotare; Item in templis marmora & lapides sepulchrales indagare, & in ijs incisa Nobilitatis nomina & Clypeos militares, Annos & dies obitûs, & quod frequenter adjicitur, cujusnam filij fuerint, quod officium Publicum gesserint, memoriæ causæ consignare; hâc diligentiâ adhibitâ affirmare Lectori possum, dubia Genealogica plura, quæ me multum & diu fatigaverant, unâ inspectione Sepulchrorum mihi aliquando dissoluta fuisse. Majores nostri, ut memoriam nominis sui & gentis apud Posteros conservârent, cùm æternitatem sibi addere non possent (quid enim in orbe æternum esse potest?) Temporis diuturnitatem in marmorum & lapidum Inscriptionibus quæsivêre; laudatissimo studio, siquidem omnes bene nati & educati omni ope providere debent, nè vitam silentio transigant, & quatenus possunt, superstint sibi, & non toti moriantur, sed vivant in memoria posterorum; quod non observatum, multas Illustres Familias, earúmque nomina oblivione sempiternâ delevit. Memorabile Ecclesiastici dictum habemus: *& qui de illis nati sunt* (loquitur de ijs, qui sui memoriam reliquerunt) *reliquerunt nomen narrandi laudes eorum* (at mox de ijs, qui nullam reliquerunt) *& sunt quorum non est memoria: perierunt, quasi qui non fuerint; & nati sunt, quasi non nati, & filij ipsorum cum ipsis.* Loca publica curiosè lustrãda. *Ecc. C. 54.*

Talium inscriptionum apud nos non exiguus est numerus: in Ecclesijs omnibus *VValdsteinioru*, videbis Genealogias in Tabulis scriptas, uti *Arnoviæ*, *Hermanseuffij*, *Rozdialovvicij &c. in Hostaun* Arcus est

in Eccleſiæ pariete, quo omnis cognatio *Sslickiorum* cum *Clypeis* depingitur; *Paczegovv* tota Genealogia *Pernklaviorum; in Libſſicze, ſeu Libſshauſen VVrzeſsovveciorum; Nepomuci Strachovvskiorum, Blovvicij Baronum & Equitum Svvarovva; in Pradlo Equitum Lapaczkiorum; Niemczicium* addere volui, ſed non poſſum, cùm totos parietes Eccleſiæ Genealogijs & Inſignibus antea pictos, nuper adeò nudos, deletis antiquis memorijs & Inſignibus omnibus, ſtare ignobiliter viderim & indoluerim. Jam de Sepulchris:

Sepulchra Majorum legenda.

Metropolitana Eccldſia Pragenſis principatum obtinet, in qua plurimorum Regum & Cæſarum corpora in pace quieſcunt, *Alabaſtrinis* marmoribus artificiosè figuratis contecta, in ipſa Eccleſia Reges alij, SS. Præſules, Principes, & quisquis Pragæ ex majori Nobilitate morte deceſſit, ùt *Burgravij, Supremi Præfecti*, hìc tumulati ſunt, &c. *ad S, Jacobum Pragæ* maxima & antiquiſſima Bohemiæ Nobilitas condita jacet; S. *Thomas in minori Praga*, Sepulchris Nobilium illuſtratur nec concedit illi S. *Clemens* noſter in quo Regum Pueros ſepultos Inſcriptio docet, tum *Kolovvratæorum* lapides complures, & Nachodiorum, præſertim Domini Genczonis, qui ſupremi Burgravij Officium cum laude tenuit tot annos, quot nemo alius; *VViſſebradenſis Eccleſia* antiquiſſimis Regum & Procerum ſepulchris me puero diſtincta fuit, niſi fortè ſuperfluo munditiæ ſtudio Regum nomina laterculis contecta ſint; *Crumlovij, Novædomi*, olim etiam *Tinæ*, ſepulchra Procerum marmorea, Alabaſtrina altè educta, ùt etiam *Bilinæ & Budinæ* cum magnificis Inſcriptionibus, & Titulis rerum geſtarum ſpectantur. Notanda eſt Chriſtiana humilitas *Procerum Lobkovviciorum* quorundam, qui ſe non in templis, ſed foris in aditu templorum, ut pedibus ingredientium quodammodo calcarentur, quaſi indigni bonorum cœtu ſupremâ voluntate, ſepeliri voluerunt, ùt videbis *Bilinæ, Cadanæ* extra Urbem apud Minores Strict: Obſerv: *Cadanæ* in ſepulchris rara quædam inveniuntur, apud eoſdem Minores, ùt globo trajecta effigies in ſepulchro extans, quod vulnus Frater Fratri jam mortuo intulit, & mox in furorem verſus eſt, nomini Familiæ parcimus. *Kidlinæ* ſepulchra viſuntur antiqua *Obiteczkiorum*; in plerisque ditionibus *Schvvambergicorum*, ut in *Bor* (Heida) ingens eſt numerus Sepulchrorum, & Cryptarum ſubterranearum, in quibus compoſiti ſunt Proceres *Ssvvambergici*, tum eorum cognati, &c. Jam Eccleſias etiam Pagorum honoratas à Majoribus noſtris fuiſſe, multitudo ſepulchrorum oſtendit: *Bliziv Pagus* eſt vilis, ſed Eccleſiam habet plenam Nobilium ſepulchris notatu digniſſimis; idem dici poteſt de Pago *Niemczicz; Bidzovium* antiquum, olim Civitas, nunc Pagus, in eo vetus Eccleſia innumeris Nobilitatis Sepulchris conſtructa eſt: *VValdſteini-*

Eccleſiæ apud nos, in quibus multa ſepulch:

sciniorum, *Cydlinensium*, *Kapauniorum*, & aliorum, quorum Stirpes perierunt. Cœnobiorum templa præter Fundatorum tumulos & sepulchra, plerumque maximorum Nobilitate Virorum ostentant. Collegiata Ecclesia S. *Stephani Litomericij*, rarissimis, & notatu dignissimis sepulchris distingvebatur, antequam nova S. *Stephano* excitaretur Basilica; laudabile fuisset, si Præpositorum saltem marmora in novam *Ecclesiam* illata fuissent: ubique prætenditur æquor seu æquale solum in templis, ut velut in cubiculo domestico commeare inoffenso pede possis, sed alia est ratio templorum, alia cubiculorum; templa enim & Cœmiteria, & Cryptæ *Sepulchris Fundatorum & Benefactorum* destinata sunt, & qui in ijs conduntur, locum in templis præsenti pecuniâ emerunt, & sua nomina sepulchris inciderunt memoriæ causâ, & precum, quas pro se à fidelibus fundi optabant, & Missas à Sacerdotibus celebrari; quod jus sepulchri an ijs sine aliqua injuria auferri possit, vehementer ambigo; mirabile exemplum in promptu habeo, quo ostenditur, mortuos loco moveri invitos (quod etiam Romani in *Epitaphijs* rogare solebant: *nè Ossa eorum moverentur*, *nè violarentur sepulchra.*) *Smilheim* locus est post *Hradißtium in Moravia*; ubi cùm *Domina* loci *Ecclesiam* veterem (quæ olim *Cœnobij Benedictinorum* fuit) renovaret, statuissétque solum templi æquare foras elatis *sepulchrorum lapidibus*; en tibi nocte *Concubiâ* audit ad se venientem militari gradu & ingenti tumultu aliquem, qui postquam *Cubile Dominæ* ingressus est, & terribili corporis proceritate se spectandum obtulit, sonorâ voce: *quid*, inquit, *Domina me mortuum perturbas? cur loculum, quem jam tot sæculis tenui, invides? cur templo, quod ego condidi, me paras ejicere? ego enim sum Smilo de Kunstat hujus Templi & Cœnobij primus Fundator, & loci quondam & ditionis hujus Dominus; si pergas mihi & ossibus meis molesta esse, morte tuâ, & tuorum, factum lues!* simul discessit & *Dominam terrore semivivam* reliquit; quæ ubi illuxit, statim consilium mutavit, jussitque *Operarios à Sepulchris* manum abstinere. hæc ego à *Nostris Patribus*, qui *Matronæ Illustrissimæ VVisovecij* à Confessionibus erant, didici, éstque in *Historia Provinciæ nostræ Societatis* diligenter narratum.

Exemplum memorabile, quod mortui sua sepulchra moveri nō velint.

Revocant me sepulchra: *Oßecensis Cœnobij Ecclesia Sepulchra* servat *Comitum de Osseck Fundatorum*, aliáque memoranda. Idem videbis in aliorum *Cœnobiorum Ecclesiis*, ùt apud RR. PP. *Augustinianos sub Melniko*, *Teplæ*, ut in *Coronensi*, ùt in *Braunoviensi*, in *Brzevvnovviensi &c.* in *Parochialibus Ecclesiis: Duxovij*, *in Thermis Carolinis*, *Strakonicij*, *Horazdiovvicij*, *Benessovij* multi *Procerum* conditi jacent, quæ omnia si *Familiarum Origines* describere cogitas, oportet explorare, & cognoscere. Certè cùm venia mihi data esset, loca

memorabilia Bohemiæ inviſendi, omnes *Pagorum & Oppidorum* per viam occurrentes *Eccleſias* non tantùm Orationis causâ, ſed etiam inſpiciendorum *Sepulchrorum*, quantum per Comites viæ licuit, adire ſum ſolitus, magno operæ pretio, neque minimam ex eo *Stemmatum* notitiam mihi comparavi. In *Civitatibus Regijs*, *& liberis* pauca inveneris (præter Pragam) *Nobilitatis Sepulchra*, quia plerumque in templis *Ditionum* ſuarum amabat ſepeliri *Nobilitas*; ſed hîc etiam Domini, Succeſſores eorum, violenti in mortuos fuêre, & quod ſibi fieri nollent, tentâvere: ſcio *Civitatulam in Meridionali Bohemiæ parte*, quam cùm ſalutandi Domini causâ adijſſem, inveni in Templi inalbatione, & reparatione, Dominum ejúſque homines occupatos: alij ſepulchrorum marmora & lapides magno conatu eruebant & confringebant, alij ſolum Templi æquabant decempedâ, alij Eccleſiæ parietes *antiquæ Nobilitatis Clypeis* ubique lucentes, novâ calce liberaliter, nequid appareret *Clypeorum*, maculabant potiùs, quàm inalbabant. Sacellum ad Meridiem in templo, an ſepulturam? condiderurt ſibi priores Domini, ex antiquiſſima *Nobilitate orti*, quæ *Stirps* hodiéque apud nos perſeverat, & *marmor ingens* quale in *Decumanis Palatiorum* portis aliquando ſpectamus, loco ſuper impoſuerant cum *Inſignibus Familiæ ſuæ*, hoc quoque *marmor* juſſit *Dominus* elevari magno operarum labore, & extra templum locari; *Feneſtræ Templi*, *Orbiculos vitreos* habebant ijſdem *Inſignibus* artificiosè inuſtis collucentes, hos omnes frangi, & alios *Orbiculos puros ſine imaginibus* ſubſtitui voluit, me precibus interpellante & *conſilium Domini* non probante; ſed quidquid afferrem, nihil profuit. Inſuper *Templum* hoc afforis columellis & tibicinibus ſuſtinebatur, quæ columellæ & tibicines ſaxei ſinguli in hunc modum excíſi erant, ut medios equellos (*clypeum gentilitium Familiæ*) repræſentarent; hos etiam dejicere ſtatuerat loci Dominus, niſi *Artifices Architecti conſtanter & unâ ſententiâ* affirmâſſent, Equellis ſubtractis, totam *Templi fabricam* ruituram, ita coactus ab incepto deſtitit. Scilicet novæ *Nobilitatis hominum oculi Clypeis antiquorum & imaginibus* quodammodo vulnerantur, & ſuam ſibi *Novitatem* ab ijs objici exiſtimant; aliqui etiam ob *ignorantiam juris*, timidi & ſuſpicaces ſomniant à *Majoribus* eorum, quorum *Inſignia depicta in Palatijs* ſuis vident, litem ſibi moveri, & ſic poſſeſſione deturbari timent; quod apud nos locum non habet, cum nulla ferè in *Bohemia* ditio ſit, quæ vel *Conjugio*, vel *Venditione*, vel *Confiſcatione*, vel mille alijs Titulis, ad alios Dominos non tranſierit. Aliud ridiculum habeo præpoſteræ hujus diligentiæ in *Imaginibus & Clypeis Familiarum* abolendis, & ſepulchris veterum ſimili *Plagio* diruendis exemplum: nôvi *Prælatum* jam fato ſuo functum, qui cùm plurimos lapides & *mar-*

Juſta querela de ijs, qui ſepulchra movent & contegunt.

marmora ſepulchralia ex *Eccleſia* extra templum efferri feciſſet, neque occurreret, quid ijs faceret, aut quo loco ea abſconderet, nè â poſteris eorum, quorum ferebant *Inſignia*, ſpectari poſſent, clàm ingentem & profundiſſimam foſſam fieri, & effodi juſſit, in quam omnes illos lapides injecit, & ipſa ſepulchra velut mortua ſepelivit, poterátque *Auſonianum* illud occini:

Ridiculum exemplum præpoſterę munditiæ in Templis

Mors etiam ſaxis, marmoribúsq; venit,

Scilicet ſepulchra ſepulchris infoſſa. Hæc me ſcribere juſtus dolor coëgit; optarem ejuſmodi homines legerent aureum *D. Auguſtini Libellum*, cui *Titulus* eſt: *de cura pro mortuis;* quo tractationem hanc utcunque prolixam concludo & obſigno. ac primùm SS. Pater docet per ſe nihil prodeſſe mortuis locum, ſi deſint Supplicationes, quæ rectâ fide ac pietate pro mortuis fiunt, mox tamen adjicit: *profectò etiam proviſus ſepeliendis Corporibus apud memoriam Sanctorum locus, bonæ affectionis humanæ eſt erga funera ſuorum: quoniam ſi nonnulla Religio eſt, ut ſepeliantur, non poteſt nulla eſſe, quando, ubi ſepeliantur, attenditur.* Clariùs in alio loco libris de *Civitate DEI* ſenſum ſuum expreſſit. *Nec ideò tamen contemnenda & abjicienda ſunt Corpora defunctorum, maximéque juſtorum atque fidelium, quibus tanquam organis, & vaſis ad omnia bona opera ſanctus uſus eſt Spiritus. Si enim paterna veſtis & annulus, ac ſiquid hujuſmodi, tantò charius eſt poſteris, quantò erga parentes major affectus: nullo modo ipſa ſpernenda ſunt corpora, quæ utique multò familiariùs atque conjunctiùs, quàm quælibet indumenta geſtamus. Hæc enim non ad ornamentum vel adjutorium, quod adhibetur extrinſecus, ſed ad ipſam naturam hominis pertinent. Unde & antiquorum juſtorum funera officioſa pietate curata ſunt, & exequiæ celebratæ, & ſepultura proviſa: ipsique dum viverent, de ſepeliendis, vel etiam transferendis ſuis corporibus filiis mandaverunt: & Tobias ſepeliendo mortuos, DEUM promeruiſſe, teſte Angelo, commendatur. Ipſe quoque Dominus die tertio reſurrecturus, religioſæ mulieris bonum opus prædicat, prædicandúmque commendat, quòd ungventum pretioſum ſuper membra ejus effuderit, atque hoc ad eum ſepeliendum fecerit. Et laudabiliter commemorantur in Evangelio, qui corpus ejus de cruce acceptum diligenter atque honorificè tegendum, ſepeliendúmque curârunt. Verum iſtæ auctoritates non hoc admonent, quòd inſit ullus cadaveribus ſenſus, ſed ad DEI providentiam, cui placent etiam talia pietatis officia, corpora quoque mortuorum pertinere ſignificant, propter fidem reſurrectionis aſtruendam.*

Cap: 4.

De Civ. Dei L. 1. C. 12.

S. Auguſtini monitũ de non turbandis ſepulchris.

Gen: ult.

Tob. 2. & 12.

Matth. 26.

Joann. 19.

NOTÆ IN CAP: XIX.

Metropolitana Eccleſia &c. f. 110.

HOc loco in Lectoris eruditè curioſi gratiam recitabo nomina Eccleſiarum, in quibus Reges, Principes, Antiſtites, atque alij vel dignitate, vel munijs in utraque Republica Magni ſepulchra ſibi delegerunt, vel ab Amicis compoſiti ſunt. Nemo verò ſperet omnium nomina recitari poſſe: *Juſtiniani Cæſaris* dictum eſt: (quod iterum repeto) *Omnium rerum memoriam habere, & in nullo falli, divinitatis potiùs, quàm mortalitatis indicium eſt*; neq; ordinem & dignitatem Eccleſiarum ſervabo, ſed, ùt ſenili memoriæ occurrent, referentur.

Regũ ſepulchra. Reges conditi requieſcunt: Wratislaus Rex Wiſſehradi; Wladislaus in Strahovv; Przemislaus I. Rex ad S. Vitum; Wenceslaus Ottogarus Pragæ ad Divi Franciſci; Przemislaus II. & Przemislaus Ottogarus III. ad Divum Vitum; Wenceslaus II. in Aula Regia; Wenceslaus III. ibidem; Joannes Rex Lucemburgi; Carolus & Wenceſlaus Imperatores ad Divum Vitum; Sigiſmundus & Albertus Imperatores Albæ in Ungaria; Ladislaus Rex ad Divi Viti, uti & Rex Georgius; Wladislaus & Ludovicus in Ungaria; Ferdinandus I. Maximilianus II. Rudolphus II. ad S. Vitum; univerſim hìc jacent Przemislæi Reges tres, duo Lucenburgici; Auſtriaci: Rex unus & ex eadem domo tres Cæſares: item Rex Podiebradius. Quinque Regum noſtrorum, ſcilicet Wratislai, Wladislai, Wenceslai I. II. III. vix ſuperſunt indicia in ſepulchris.

Interreges noſtri ubi conditi? Inter-Reges. Conradus I. Brunæ humatus; Bretislaus ad S. Vitum; Borzivvoius, ibidem; Svvatoplucus Kladrubij; Wladislaus I. Kladrubij; Sobieslaus Wiſſehradi; Udalricus II. & Sobieslaus II. & Fridericus, & Conradus II. in Metropolitana S. Viti; Wenceslaus II. & Henricus Epiſcopus in Doxan; Wladislaus II. Welehradi; Rudolfus Mitis Cæſaris Alberti filius & alter Rudolfi Cæſaris filius cognominis ad Divum Vitum; Henricus Carinthus in ſua Carinthia conditus; Notandum: quoſdam ex his à *Scriptoribus* non *Interreges*, ſed omnino Reges appellari; Vide noſtrum de *Ducibus & Regibus Bohemiæ Librum*; Poſteriores à Rudolfo II. Cæſares: Viennæ Mathias, Græcij Ferdinandus II. Ferdinandus III. cum filio itidem Ferdinando IV. Viennæ ſepulti ſunt.

Boleslavienſia ſepulchra. *Boleslaviæ Veteris S. VVenceslaus* aliquantulo tempore quievit (unde illi ex Porphyretico marmore in ſubterranei Sacelli medio ſepulchrũ ſtatutum eſt) poſtea *Pragam* translatus, atque in ſuo Sacello conditus

in

in toto aureo tumulo, quem eidem *S. Martyri* fabrefieri fecit *Carolus IV. Imperator* Augustus, & *Proceres* Bohemiæ (quorum *Familias* enumeravi in vita *Ernesti I.*) gemmeis & argenteis & aureis Clypeis cum Insignibus suis contexêre. Ibidem *Veteris Boleslaviæ* condita est *Bozena Mater Brzetislai Achillis* Bohemiæ, Capituli Boleslaviensis & Collegiatæ Ecclesiæ Fundatoris liberalissimi. In Templi medio complures *Proceres Kolowratæi* de Busstiehrad conditi jacent: notatu dignum est vetus sepulchrum *Kolowratæorum* ad partem Templi dexteram, in quo adhuc visitur *Rota* vetus illorum Clypeus, & super Galeam cauda Pavonis, cum eadem *Rota* extritis omnibus literis & annis. Visuntur etiam in Lapide sepulchrali quodam *tres soleæ Equorum*, quæ Zelinskij, aut Bilinæi Comites gestabant in Clypeis. In Sacrario S. Michaëlis jacet Petrus Baro Schellenbergius *Jaroslai & Catharinæ* Plavenicæ filius *Przeroviæ* Dominus, quem ego puto ultimum sui Stemmatis fuisse; Mater *Catharina* propè humata est. Aureus tumulus S. Wencesl.

Ad S. *Franciscum Vetero-Pragæ* propè litus Moldavæ, Cœnobia duo olim steterunt: *Salvatoris Ecclesia* sacris Virginibus destinata erat; altera *Ecclesia S. Francisci* ejusdẽ instituti *Viris Religiosis* excitata; illic ipsa *B. Virgo Agnes*, *D. Claræ* institutum professa humata fuit. In eadem *Ecclesia* ante *Altare* majus sub gradu primo jacent duæ *Regali* ex stemmate Nurus: *Margareta Ottogari III.* Regis Bohemiæ V. Filia: quæ obijt An. 1277. 24. Augusti, & Guta sive Judith Wenceslai VI. Bohemiæ Regis Filia. Item Owida Griffina, Cunegundæ (Matris Wenceslai VI.) soror, Dux Cracowiensis, Lesci Nigri Uxor (*Reginam Ungariæ* etiam Lapis sepulchralis appellat) Soror instituti *Franciscanorum nudipedum*. Lapis in muro habet An. 1291. Hagecius scribit hanc Owidam in Bohemiam advenisse, postquam duos Principatus Poloniæ Wenceslao VI. donasset; Pragæ multis annis in Cœnobio vixisse & penes sororem suam sepultam esse. Cunegunda penes Owidam jacet Belæ II. Ungariæ Regis (haud dubiè ex sorore aut filia) neptis (& hinc Owida ejus soror, appellatur *Regina Ungariæ*) quæ obijt An: 1285. Uxor fuit primò Przemislai V. Bohemiæ Regis, secundò Zawissij Rosensis. Sepulchra apud S. Agnetem.

Wenceslaus unoculus Rex Bohemiæ III. hîc etiam jacet in Templo scilicet *S. Francisci*, qui obijt 1253. 23. Septembris. P. Georgius Ferus memoriâ lapsus scribit: eum jacere in Hospitali ad pontem. Affirmant aliqui etiam Przemyslaum Ottogarum Bohemiæ Regem V. occisum Anno 1278. hîc esse depositum, postquam duodecim annis in Cœnobio Lucensi ad Znoymam jacuisset; sed istud erroneum haberi debet. Jacent ergo in hoc & vicino Templo Regiæ Principalésque Personæ: Wenceslaus IV. Bohemiæ Rex, Margareta Przemislai V. Re- *Ferus in Vita S. Agnet.* *Welesl. in Geneal.*

Regis filia, Cunegundis Regina, Ovvida ejus ſoror. B. Agnes ſanctiſſima monialis, quæ ✠ An: 1281. Juditha Wenceslai VI. filia Urſino Romano deſponſa. Deinde in Sacello S. Barbaræ Jaroslaus de Sternberg jacet Tartarorum in Moravia Victor in Mitra Ducali in marmore expreſsâ, ſculptus eſt præterea in eodem marmore Clypeus Sternbergicorum.

Sepulchra ad S. Georgium.

Ad S. Georgij in Arce Pragenſi Parthenonem in Eccleſia complures humati ſunt Principes & Principiſſæ memoriâ digniſſimæ, ùt Borzivogius primus Dux Chriſtianus, qui in titulo ſepulchri *Beatus vocatur*, Sancta Ludmilla, Fratres quinque S. Adalberti uterini Bohuslaus & cæteri ab Ethnicis Libicij interfecti pro fide Chriſti, ideóque velut Martyres cum ſummi Pontificis licentia in Altare medium ab Andrea Epiſcopo Familiæ Guttenſteinianæ illati, qui fuit veterum Canoniſmus, ùt ex Cardinali Baronio in Epitome noſtra probavimus. Hìc etam humata eſt, B. Milada Boleslai Pij ſoror in Sacrario S. Annæ in tumulo altiore, quæ Romam profecta Bohemis Epiſcopatum impetravit, ✠ 8. Februarij, Annus neſcitur, ſed cùm dicatur rexiſſe Cœnobium annis 20. colligimus eam obijſſe An. 988. Carolus IV. Antiſtitas S. Georgij Principes Bohemiæ creavit & coronatrices Reginarum, quod munus Kolovratæana & Abbatiſſa prima exercuit. Jacent etiam ibidem Agnes Przemislai & Cunegunda Wenceslai ſoror, Cœnobij olim Abbatiſſæ; item Wratislaus S. Wenceslai Pater. Eſt ibidem ſepulchrum Regiæ cujuſdam Virginis, quæ expreſſa eſt in ſepulchri Lapide paſſis capillis cultu Regio ſepulta, & quantum longo ſtudio legere potui, dicitur eſſe Wladislai Regis filia.

Sepulchra in Strahov.

Strahovienſis Eccleſia præter Fundatorem Regem Wladislaum I. ſeptem habet Epiſcopos Olomucenſes, inter eos Beatum Henricum Zdik Regiæ Familiæ Principem, Lohelium Archiepiſcopum, Caſparum Queſtenbergium Abbatem loci, Comitem Pappenheymium, Popelium cujus eſt Altare, Bertoldum de Waldſtein (hos duos poſtremos in acie cæſos) adjicere poſſumus; ſed maximum theſaurum habet in S. Norberto, cujus ſepulchro grandis imminet corona. Lazanskij Proceres, & Schlickij Comites in ea Eccleſia conduntur.

In Tein Pragæ ſepulchra.

In Teinenſi Eccleſia in Veteri Urbe Pragenſi Spitihnæus Borzivoij filius Dux Bohemiæ An. 906. mortuus ſepultus eſt; progreſſu temporum Rokyczana hæreticus, cujus ſepulchrum puer vidi, ſed exhumatus poſt victoriam Pragenſem, abjectus eſt in communem locum. Ibidem Tichobrahe ſepultus eſt, cujus doctum Epitaphium ſpectatur in marmore ad primam columnã Templi in latere ſiniſtro Altaris. Viſitur etiam, ſed quid dico viſitur? viſebantur ſepulchra Antiquiſſima, quæ jam Templo poſt incendia reparato, nuſquam apparent.

Ho-

Horazdiovicij sepulchra.

Horazdiovicij in Cœnobio Franciscanorum conditus est involutus vexillo Familiæ in tumulo Puta Ssvvihovius Regni Judex. Item filius ejus Henricus Ssvvihovvsky, & conjunx Ursula Münsterbergensis Ducissa, & complures alij Ssvvihovvij, ùt Wenceslaus, Wilhelmus, Bretislaus, Theobaldus, &c. post hos Adamus de Sternberg Burgravius Regni, ibidem loculum invenit. In ejusdem Urbis Parochiali Ecclesia Ecclesia ante Altare majus, elevatiorem tumulum marmoreum videbis Ven: P. Wenceslai Ssvvihovvsky S. J.

Sepulchra in Wissehrad.

Wissehradi in Ecclesia S. Petri, ùt dixi ante, Wratislaus Rex & Sobieslaus, & ejus uxor Adelhais quiescunt, uti Præpositi Ecclesiæ antiqui & novi non pauci. In Sacello ibidem B. Virginis Hannibald Baro Rudolfo II. intimus â Consilijs.

Mausolea in Bohem:

Mausolea Procerum habemus in pluribus templis: Bilinæ Principales Fæminæ sub marmoribus elevatis jacent. Budinæ Hazmburgicorum Conjuges Principissæ, sub porphyreticis marmoribus. Crumlovij similiter Gulielmus Rosensis & ejus Uxores. Telczij in Arce magnis sumptibus excitatum est Mausoleum Zachariæ de Novadomo. Novædomi; Mausolea prostant loci *Procerum & Uxorum* eleganter adornata tria; quartum, quòd aspectum summi Altaris populo intercluderet, jam pridem ad terram datum est. In *Benessovv* quatuor Pragâ nisi fallor milliaribus plurima sepulchra visuntur Baronum Bechiniorum, non Equitum de Lazan. Consultò istud adjicio, quia *Bechinij Barones* nihil habebant cum Equitibus Bechinijs commune, ùt in Stemmatographia probabitur, erántque *Ramus Odrovvanskiorum*, qui sagittam veterem cum semicirculo gestabant in clypeo, ùt *Mraczckij de Duba, & Kravvarzij* ùt sæpe dixi. Duxovij Ditione *Celsissimi Archi-Episcopi Joannis de VValdstein*, multi egregij Equites requiescunt, ùt *Kaplirzij*, *Zdiarskij*, aliíque; *Teplicij Comites Guttensteinij & Chinskij, & VVrzesoveczij & Lungvvicij.* *Pardubicij Pernsteiniorum* Mausoleum habemus & multorum aliorum stirpe Equestri ortorum sepulchra. In *Benczen*, quæ Civitatula Bohemis quondam Benessov dicta fuit, in Sacrario Statuas justæ altitudinis videbis ex marmore artificiosè expressas; uti & in Parochiali Templo Tecznensi, utrobique Dominorum â fide nostra alienorum, quos nominare nihil attinet. In Pago *Zelenicz ad Miressovv*, & in tota illa vicinia cæsi in prælio multi Illustres Viri compositi sunt, unde prope nomen Pago *Hrobczicz* & ad *Ossecam* Hrob Oppidum. Infinitus essem si omnia percensere vellem; Majores tamen Nobilitate officijs & rebus gestis, maximè in *Pragensi Metropolitana Ecclesia* conditos omninò præterire nefas duxi: *Henricus Berka Judex Regni*, qui dicitur Chronicon Bohemiæ scripsisse ✠ Anno 1541. Pragæ in Berkarum Sacrario conditus. An. 1547. post

Benessovij — Duxovij. — Pardubicij — In Bentz. — QuidãViri clari ad S. Vitũ sepulti.

poſt puerperium ✠ Eliſabeth Wladislai filia *Ferdinandi I.* Uxor Maximiliani Cæſaris Mater, ibidem ſepulta in Regum Mauſoleo. A. 1533. Hanuſſius Pflug Cancellarius Regni ibidem ſepultus juxta Leonem Burgravium; ✠ Leo ſub tribus Regibus Burgravius An. 1535. humatus in Sacello Berkiano. An. 1498. ✠ *Paulus Pauczek Præpoſitus in Zdiraz* & etiam Eccleſiæ Pragenſis, Legatus Regis Wladislai ad Polonos & Romam. Sequentes omnes ibidem in Eccleſia S. Viti humati. An. 1316. ✠ *Petrus Olomucenſis Epiſcopus*, unà Præpoſitus S. Viti & Wiſſehradenſis, & Cancellarius Regni. vix tantum æris repertum, ut pro ſepeliendo ſufficeret. Chron: *Aulæ Regiæ* C. 130. An. 1578. ✠ Wenceslaus ab Hazmburg grandis Prior Strakonicij. 1543. ✠ Joannes de Wartemberg Burgravius. An. 1554. ✠ Zbinko Berka Grandis Prior Strakonicij, in Sacello ſuo ſepultus. An. 1569. ✠ Joannes ſenior de Lobkovvicz Regni Præfectus. An. 1570. ✠ Joannes Junior Lobkovvicz Burgravius Bohemiæ præcedentis Frater, ſed hic Tinæ in Mauſoleo ſuo ſepultus. An, 1582. ✠ Wratislaus Pernſtein Cancellarius Regni, & Aurei Velleris Eques, ſed primò anno ſequenti in marmoreo Mauſoleo ad S. Viti ſepultus. A. 1586. ✠ Wolfgangus Chanovsky Decanus Carlſteinenſis, & Canonicus Pragenſis. An. 1591. ✠ Adamus à Dietrichſtein Cæſ: Rudolphi ſupr: Aulæ Præfectus, conditus ante Aram, cui Crucifixus imminet in medio Templi, jacent prætereà Requeſenius, Octavius Spinola, noſtri Patris Caroli Spinolæ in Japonia pro fide cæſi, Pater. Crediderim hîc etiam jacere Joannem Pernſtein, qui An. 1597. ante Jaurinum globo tormenti occiſus eſt. An. 1586. ✠ Henricus Scribonius, V. J. Doctor, Præpoſitus S. Viti 40. annis, & Archiepiſcopatûs Adminiſtrator. A. 1609. ✠ Chriſtophorus Popel à Lobkovvicz, fuit olim Regni Camerarius, poſteà ſupremus Præfectus. An. 1613. ✠ Turcarum Triumphator *Sigiſmundus Tranſilvaniæ Princeps*, jacet in Sacello S. Sigiſmundi. An. 1617. ✠ Vitallianus Mediolanenſis Apoſtolicus Nuncius, in eodem Sacello humatus. An. 1620. ✠ Dipoldus de Lobkovicz Grandis Prior Strakonicenſis. An. 1626. ✠ Leo Burianus Berka Mareſcallus Regni, ſepultus in Sacello ſuæ gentis. An. 1634. ✠ Wolf Wrzeſſovvecz olim Monetæ & Cameræ Præſes, ultimò Venationis Regiæ Præfectus, ex Equeſtri ordine ad Imperij Comitatûm evectus, jacet in Sacello S. Sigiſmundi. An. 1638. ✠ Adamus à Waldſtein ferè per omnia Regni Officia ad *Burgraviatum* aſcendit, ſapientiſſimus Vir ſinè cultu literarum, jacet ſub rudi marmore ſinè omni inſcriptione ſub *Sacello Cæſareo.* An. 1642. ✠ Simon Broſius Trapezuntanus Archiepiſcopus, Suffraganeus Erneſti II. ſepultus in *Berkiano Sacrario*, inter Leonem & Pflugium. An. 1598. ✠ Georgius Borzita de Martinicz olim Regni Judex

Bercæ.

Pernſteinij

Lobkovic:

dex, ultimò Cancellarius, Jaroslai Burgravij Patruus ſeu Patris frater. Ad antiquiora veniamus, primus omnium in Templo S. Viti S. Wenceſlaus jacet, ùt antè dixi. pòſt Dithmarus A. 969. I. Epiſcopus Pragenſis. Sed Epiſcoporum tumulos alibi retulimus. An. D. 999. S. animam DEO reddidit Boleslaus Pius, qui 25. Templa erexit. An. 1006. ✠ Hemma Boleslai Pij uxor, cujus fuit Epitaphium: *Epiſcoporum ſepulchra.*

Quæ fuit ùt gemma, vilis jacet en cinis Hemma:
Dic precor hùic animæ: da veniam Domine!

Brzetislaus I. Dux (non ille Interrex) Achilles Bohemiæ A. 1055. ad S. Vitum ſepultus. A. 1058. Juditham Brzetislai Interregis Conjugem Znoymæ extinctam & in Lucenſi ad Znoymam Cœnobio humatam, elevavit Spitihnæus ultimus Bohemiæ Princeps, & penes maritum Brzetislaum in ſepulchro poſuit, pius in mortuam, qui virum ex Bohemia expulerat. An. 1584. ✠ Ladislaus ſenior de Lobkovvicz, Regni Bohemiæ Præfectus, cujus filius Zdenko Popel fuit Regni Cancellarius, ad 1628. annum, creatus à Ferdinando II. Princeps, & aurei Velleris Eques. *An.* 1576. Ratisbonæ obiit Maximilianus II. Imperator, ſepultus in Metropolitana. *An.* 1580. ✠ Eleonora Maximiliani II. filia, ætatis annorum 12. quam Rudolphus II. frater Pragæ ſepelivit. *An.* 1612. ✠ Rudolphus II. Imp. ætatis 60. Regni Bohemici 36. conditus in alabaſtrino marmore, & precioſiſſimo Mauſoleo in Metropolitana Eccleſia S. Viti, quod ipſe conſtruxit, in quo etiam Pater ejus & Avus, imò Reges & Reginæ uſque ad Carolum IV. conditæ jacent; ſed Regum aliqui in Sacellis viſuntur, ſtatuis expreſſi. Barbara Sigiſmundi Cæſaris Uxor Melnicij mortua Pragam devecta, & *An.* 1451. in Sacello Martiniciano humatur. B. Joannes Nepomucenus *An.* 1383. conditus eſt, de quo ſupervacaneum eſt ſcribere, quia omnibus ejus mors nota. *Duces Bohemiæ.* *Cæſares.*

Extra Pragam, præter eos, quos nominavi, Anna Brandeburgenſis Ducißa filia Caroli IV. 1386. ſepulta ad S. Jacobum Pragæ. Margareta Wenceslai VI. filia *An.* 1321. aulæ Regiæ jacet. *An.* 1343. ✠ Przibislaus Epiſcopus Santorenenſis, ſepultus apud S. Jacobum, fuitq; Suffraganeus. Victorinus Pater Regis Georgij Pardubicij jacet ✠ 1459. An. 1453. Joannes Smirziczius decollatus ſepultus eſt in Hoſpitali ad Pontem. Generatim Roſenſes ſepulti Altovadi; Hazmburgici in Inſula S. Benignæ, ſeu Dobrotivæ; Strakonicij Crucigeri; Turnoviæ Wartembergici. Clatoviæ, Plſnæ, Horazdiovvicij, & in Eccleſia inter Nalziovv & Horazdiovicium Ssvvihovij. Lobkovicij Bilinæ & Cadanæ; Bechinæ & Nepomuci Sternbergij. In Ditionibus ſuis Sſvvambergici, & Ronsbergæ. In Sacello ſuo ad S. Vitum & Smecznæ Martinicij. Novodomenſes Telczij & Novædomi, & Trebonæ. Wald- *Sepulchra Magnatũ generatim.*

Waldsteinij *Arnoviæ*, Bidzovij & in Ditionibus suis. Pernsteinij Pardubicij & in Ecclesia sub marmorea *Arce* Pernstein. Fridlandiæ Röderi. Schlickij Hostaunæ & Planæ, ubi etiam Seebergij & Welharticij. Strazij in Ditione sua & ultimus Familiæ Henricus in Mausoleo sub Straz in Ecclesia loci. Bercæ in suo ad S. Vitum Sacello. Kolovvratæi in Cœnobio Roczoviensi, uti & Krupnæ & Vetero-Boleslaviæ & Vetero-Pragæ ad S. Clementem. Schleinicij Tollensteinij. Sezimæ in *Auscha*. Kragirzij Neobistrzicij & Neo-Boleslaviæ. Landsteinij in Lomnicz. Kunstadæi Czaslaviæ, & Podiebradij, & sub *Arce* Pernstein. *Alto*-Mutæ veteres Zerotinij, & Sternbergij aliquot. Litomericij Præpositi complures, ùt Zak, Kitlicz, Ssvvihovvsky, Sixtus; Comites Ossecenses de Rizmberg Ossecæ. Benessovij Bechinæi Barones. Sternbergici præterea & Kavvcæ in Templo *Salvatoris S. I.* Pragæ; ibidem plures alij. In Templo Emmauntino multi egregij bello Duces, ùt Götz, Woticzij in Jankoviensi pugna cæsi.

Alij Proceres Bohemiæ non videntur (quod sciam) certum locum sepulturæ suæ Gentis & stirpis habuisse; sed omnes hi & illi in sancta pace requiescant, quo voto hunc Librum consigno, quod votum Ethnicus Poëta expressit:

Dij Majorum umbris tenuem, & sinè pondere terram
Spirantésque crocos & in urna perpetuum ver!
(scilicet tribuant!)

A. M. D. G.

I N-

INDEX RERUM PRÆCIPUARUM,

Quas præsens Liber continet.

ER-

(✠)

ERRORES TYPOGRAPHORUM SIC CORRIGENTUR:

Pagina 12. influxisso pro *influxisse*. Pag: 14. L. 1. Dec: 2. pro Dec: 1. L. 6. Pag. 21. Kaïnach, pro *Rainach*. Idem error est pag: 23. pag: 23. Lusatatia pro *Lusatia*. pag: 24. Rozemberg pro *Ryzemberg*. pag: 29. Rego pro *Regno*. ibid. aliísque pro *aliiq;*. pag: 32. dixisse pro *duxisse*. pag. 47. Mandeburgensis pro *Magdeburgensis*: pag: 53. Liber II. pro VIII. ibid: Camera pro *Cameræ*. pag: 56. Bohemia Regis pro *Bohemiæ*. Pag: Rozmberg pro *Sternberg*. Pag: 62. II. Miscell: pro *VIII. Miscell.* Pag. 69. Germanicam pro *Germanicâ*. Pag. 74. bis est clypearis pro *clypealis*. Pag: 75. Caijari pro *Caspari*. Pag. 76. admisi pro *admissi*. Pag. 91. Sckleiniciorum pro *Ssleiniciorum*. Pag. 96. Libro II. pro Libro VIII.

Minora menda Lector literatus agnoscet, iísque pro facilitate sua ignoscet. ùt: nominar pro *nominat*. productam pro perductam. licentiatur pro licentiatus. Historci pro *Historici*. decrectorum pro *decretorum*. educario pro *educatio*. agud pro *apud*. Familæ pro *Familiæ*. condiderurt pro *condiderunt*. &c.

FACULTAS

R. P. PROVINCIALIS BOHEMIÆ SOC: JESU.

Cùm Librum inscriptum de Nobilitate Bohemica proœmialem (qui est Decadis II. Miscellaneorum Historicorum Regni Bohemiæ Liber I.) à P. Bobuslao Balbino Societatis JESU conscriptum, tres ejusdem Societatis JESU Theologi, quibus id commissum fuit, recognoverint, ac in lucem edi posse censuerint, potestate acceptâ à Patre Nostro CAROLO NOYELLE, Societatis Præposito Generali, Facultatem concedo, ut Typis mandetur. In quorum fidem hasce literas manu meâ subscriptas, & Sigillo Officij munitas dedi.

Pragæ in Collegio Academico ad Sanctum Clementem XV. Decembris, An. 1686.

L. S.

MATHIAS TANNER.

Index Alphabeticus
Familiarum in his Tabulis Genealogicis contentarum:

H.

J

K

L.

M

N.

O.

P.

R.

W.

[illegible]

131 [illegible]
132 [illegible]
[illegible]
148. [illegible]
151 [illegible]
152 et 160 [illegible]

Z.

Opheim [illegible]
Vard
10. 38

P. BALBINI
MISCELLAN.
BOHEMIÆ

DE D. II
LIBE & II.